UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

Liber CCXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67596

Visual Library

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CONTINUATÆ.

## LIBER CCXXII.

INNOC. XIII. PONTIFEX MAXIM.
CAROLUS VI. ROM. IMP.

### §. I.

### *Innocentii XIII. Pontificis oppoſitio contra Ducatus Parmenſis diſpoſitionem.*

Poſtquam Philippus V. Hiſpaniarum Rex die vigeſima ſexta Januarii anno hujus ſæculi vigeſimo quadruplici fæderi inter Cæſarem, & Hiſpaniæ ac Angliæ Reges Londini inito acceſſerat, mox Carolus VI. Imperator die nona Septembris Imperii conſenſum expetebat, ut pro firmanda pace, & ſtabiliendo futuræ ſucceſſionis jure in Parmenſem & Placentinum Ducatus Cameraci conventus haberetur. Conſenſere omnes Imperii Ordines, quibus

*Faber Cancell. t. 41. 42. & ſeqq. pag. 700. & 659.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

ad Hiſpani Regis petitionem placuit, u
Articulus V. præfati fœderis circa
*tualem* utriusque Ducatus inveſtitur
tanquam firmandæ pacis fundament
mutuo partium conſenſu in Camer
cenſi Conventu ſtabiliretur. Erat a
tem hujus articuli tenor ſequens:

„Quia vero eo caſu, quo magn
„Hetruriæ Ducem, prout etiam Duc
„Parmæ Placentiæque, eorumque Su
„ceſſores, absque liberis maſculis d
„cedere contingeret, ipſa ratio ſucceſſ
„nis in ditiones ab ipſis poſſeſſas, n
„vum facile bellum in Italia excita
„poſſet, ob diverſa videlicet ſucceſſ
„nis jura, quæ præſens Hiſpaniar
„Regina, nata Duciſſa Parmenſis, p
„deceſſum propiorum ante ſe hæred
„ex una, ex altera vero parte, I
„perator & Imperium, in dictos Du
„tus ſibi competere utrinque obtend
„Ut itaque gravibus ejusmodi c
„tentionibus, & iis, quæ inde na
„rentur malis tempeſtive obvietur, c
„ventum fuit, ut Status ſeu Duca
„a præfato Magno Duce Hetru
„Parmæque & Placentiæ Duce, m
„poſſeſſi futuris in perpetuum re
„temporibus, ab omnibus parti
„contractantibus agnoſcantur & h
„beantur, pro indubitatis ſacri Roma
„Imperii feudis maſculis. Viciſſim

„Mag

„Majeſtas Cæſarea, per ſe, ceu caput „Imperii, conſentit, ut ſi quando ca-„ſus aperturæ dictorum Ducatuum, & „deficientiam hæredum maſculorum „contingat, filius dictæ Hiſpaniarum „Reginæ Primogenitus hujusque de-„ſcendentes maſculi, ex legitimo ma-„trimonio nati, iisque deficientibus, „ſecundus aut alii poſtgeniti ejusdem „Reginæ filii, ſiqui naſcentur, pariter „una cum eorum poſteris maſculis, ex „legitimo matrimonio natis, in omni-„bus dictis Provinciis ſuccedant. Quem „in finem cum & imperii conſenſu opus „ſit, ſua Majeſtas Cæſarea, pro eo „obtinendo, omnem operam impen-„det, eoque obtento, literas expecta-„tivæ, inveſtituram eventualem con-„tinentes, pro dictæ Reginæ filio vel „filiis, eorumque deſcendentibus ma-„ſculis legitimis, in debita forma ex-„pediri, easque Regi Catholico, mox „vel ſaltem poſt duos Menſes, a com-„mutatis Ratificationum tabulis, tradi „curabit, absque ullo tamen damno „aut præjudicio, ſalvaque per omnia „Principum, qui dictosDucatus in præ-„ſens obtinent, poſſeſſione.„

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

„Conventum præterea, inter ſa-„cram Cæſaream Majeſtatem Regem-„que Catholicum fuit, quod oppidum „Liburni in perpetuum ſit & permanere

„de-

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

„debeat portus liber, eo plane modo
„quo nunc eſt, Virtute renuntiatoriæ
„ab Hiſpaniarum Rege, in univerſas
„Italiæ ditiones, Regna ac Provincias,
„quæ olim ad Reges Hiſqaniæ perti-
„nebant, factæ, ipſe Rex præfato Prin-
„cipi ſuo filio, *urbem portus Longi* un-
„cum ea parte Inſulæ Ilvæ, quam
„illa actutum tenet, cedet, tradetque
„quamprimum dictus Princeps, ex-
„tincta Magni Hetruriæ Ducis poſte-
„tate maſculina, in actualem ejusdem
„ditionum poſſeſſionem immiſſus fuerit.

Transactum inſuper, ac ſolemni
„ſtipulatione cautum fuit, quod nullus
„prædictorum Ducatuum ac ditionum
„ullo unquam tempore aut caſu poſ-
„deri poſſit aut debeat, a Principe, q
„uno tempore Regnum Hiſpaniæ ob-
„tinet, & quod nullus unquam Hiſpa-
„niarum Rex, tutelam ejusmodi Prin-
„cipis ſumere poſſit, aut gerere valeat.

„Denique conventum eſt, & in
„omnes ſingulæque partes contrahen-
„tes pariter ſeſe obligarunt, nunquam
„iri admiſſum, ut viventibus ad-
„præſentibus Ducatuum Hetruriæ P
„mæque poſſeſſoribus, aut eorum ſuc-
„ceſſoribus maſculis, nullus unquam
„miles, cujuscunque Nationis ſive pr
„prius, ſive conductitius ab Impera-
„tore & Regibus Hiſpaniæ ac Galliæ

„aut etiam a Principe, ad eam ſuc- Sæc. XVIII.
„ceſſionem ſupra deſignato in dictorum A. C. 1723.
„ducatuum Provincias & terras induci,
„aut ullum ab iis præſidium urbibus,
„portubus, oppidis, & fortalitiis, in
„iis ſitis imponi poſſit.„

„Ut vero dictus Reginæ Hiſpaniæ „filius, ad Magni Ducis Hetruriæ Par- „mæque & Placentiæ Ducis ſucceſſio- „nem, per hunc tractatum deſignatos, „contra omnes caſus uberiore ſecuri- „tate fruatur, certiorque de executione „promiſſæ ſibi ſucceſſionis reddatur, „necnon Imperatori & Imperio feu- „dum deſuper conſtitutum illibatum „maneat, utrinque placuit, ut miles „præſidiarius, numerum tamen ſex „millium non excedens, in præcipua „ejusdem oppida, Liburnum ſcilicet, „Portum ferrarium, Parmam Placen- „tiamque imponatur, ab Helvetiæ „pagis, vel ut vocant, Cantonibus, „quibus cantonibus hunc in finem ſub- „ſidium ſolvent tres partes contrahen- „tes, mediatoris vices gerentes, ac „miles ille ibidem continuetur, usque „dum caſus dictæ ſucceſſionis, quo „oppida ſibi commiſſa, dicto Principi „ad eandem deſignato, tradere tenebi- „tur, exiſtat, absque ulla tamen mo- „leſtia aut ſumptu præſentium poſſeſ- „ſorum, eorumque ſucceſſorum maſcu- „lorum,

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

„lorum, quibus etiam dicti milites præ-
„ſidiarii Juramentum fidelitatis ſuæ
„præſtituri, vel aliam ullam ſibi aſſu-
„ment auctoritatem, præter ſolam u-
„bium tuitionem Cuſtodiæ ſuæ com-
„miſſarum.„

Hæc conventio non modo Joanni Gaſtoni Magno Etruriæ Duci, ſed & ſummo Pontifici permoleſta accidit, & quidem huic, quia Parmenſem & Placentinum Ducatus Sedi Apoſtolicæ clientelari jure obnoxios eſſe ſibique dominium directum & ſupremum competere reputabat, Duci vero, eoquod ſuas ditiones a Romano Imperio minime dependere propugnaſſet: Eapropter Dux per Corſinium Marchionem ſuum Oratorem adverſus hoc pactum reclamabat, ſimulque petebat. ut Maria Anna Cosmi III. Ducis Filia, & Palatini Electoris vidua ante Carolum Hiſpaniæ Principem ad hujus Ducatus ſucceſſionem admitteretur, Innocentius quoque Pontifex nulli pepercit labori, ut hoc Imperii concluſum præpediret, hunc in finem ſolemnis oppoſitionis litteras confici, easque per Abbatem Rota Legatis Cameraci congregandis porrigi juſſit, & contra omnia, quæ circa hos Ducatus concluſa vel concludenda eſſent, reclamavit, congregatisque Oratoribus denuntiavit, firmam pacem &

Chri-

Chriſtianis Principibus ſperari haud poſſe, ubi ea, quæ ſacræ Sedi & Chriſti Vicario vi eripiuntur, loco fundamenti reponuntur. Cum autem Imperator, qui utrumque Ducatum ſibi feudi nomine obſtrictum aſſerebat, jam Menſe Januario Oratoribus plena agendi facultate inſtructis inveſtituræ inſtrumentum tradi juſſiſſet, & hi firmiter Imperii deciſioni Ratisbonæ decretæ hac in re inſiſterent, adeo nulla Pontificiæ oppoſitionis ratio habebatur, ut Papa veluti beneficii loco habere cogeretur, quod Maſeius Papæ Nuntius & Franciæ Orator Dominus de Sanct-Conteſto hujus oppoſitionis literas in Urbis Archivo reponendas Cameracenſi Magiſtratui committere permitterentur.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

## §. II.

### *Pontificis querelæ contra Eccleſiaſticos hac in re Paciſcentes.*

Hæc repulſa tantopere Pontificis animum afflixerat, ut, ne prætenſo ſuo juri ceſſiſſe, illudque, ſaltem quantum poſſet, propugnaſſe videretur, Hiſpano Oratori Cardinali Aquavivæ ipſemet Pontificiæ inveſtituræ literas Romæ conſignaret, eo fine, ut illas a Cæſare impetrare non teneretur: Inſuper ad omnes Imperii Præſules

*Faber t. 42. pag. 737. Hiſt. Univ. t. 8. p. 550. 648. 868. 979.*

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

ſules die decima ſeptima Februarii ſingulas unius formæ literas hujus tenoris dedit:

„Venerabilis Frater? Salutem & „Apoſtolicam benedictionem, publica „tranquilitate & ſtabili Chriſtianorum „Concordia nihil fuit unquam paterni „nis ſtudiis noſtris optatius, ſed quæ „ſtabiliendæ tranquilitatis nomine contra „tra hujus ſanctæ legis jura hactenus „tam in conventu Cameracenſi, quam „in comitiis Ratisbonenſibus acta ſunt, „alia omnia nobis denuntiant, necnon „modo nullam pacem, nullumque pa„cis fructum pollicentur, ſed eam po„tius calamitatem Apoſtolicis rationi„bus intendunt, quæ nulla bellorum „injuria objiceret graviorem.„

„Siquidem Chariſſimi in Chriſto Fi„lii Noſtri Philippi Catholici Regis Le„gati in eo Conventu hanc prævium „innuendæ concordiæ conditionem po„ſtulaverunt, ut inveſtitura, quam vo„cant eventualem Ducatus Parmenſis „& Placentini ad directum & ſupre„mum hujus ſanctæ Sedis Dominium „pertinentis, Carolo, ejusdem Catho„lici Regis Filio, ab Aula imperiali „concederetur: Ratisbonenſium præ„terea comitiorum ſuffragia infirma „prorſus, injuſto irritoque capitulo ac„ceſſerunt ad eandem Hiſpanorum

„conditionem, quæ Apoſtolicam Sedem „antiquis, certis, & exploratiſſimis „juribus ſpoliaret, atque e pacifica, „diuturnaque concedendæ, renovan„dæque inveſtituræ poſſeſſione dejiceret. „Nam quis ignorat a proximo jam & „altero ſuperiori ſæculo, ut antiquio„rum temporum memoriam repetere, „ſuperſedeamus, inveſtituras illius Du„catus continenti ſerie, ab hac ſancta „Sede fuiſſe, nemine reclamante, per„ſolutas? Nos igitur in amaritudine „animæ noſtræ præpoſteram ejusmodi „ineundæ concordiæ rationem averſan„tes, & tractatum, quem diximus, Ca„meracenſem, ac ſimul etiam Ratisbo„nenſe Capitulum improbantes Fra„ternitati tuæ ab his alienum prorſus „animum noſtrum duximus eſſe teſtan„dum per haſce literas, quas publicum „& perenne diſſenſus & improbationis „noſtræ monumentum eſſe volumus, „ne quid detrimenti juribus ſanctæ Ro„manæ Eccleſiæ illatum eſſe per tra„ctatum & capitulum ejusmodi cen„ſeatur. Te præterea, Venerabilis Fra„ter, vehementer hortamur, ut in ſan„ctuarii juribus obſervandis ac tuendis „tuo ordini, dignitati, & virtuti re„ſpondere ſtudeas, atque ut improvi„dum conſilium Miniſtrorum Ratisbo„nenſium, quos inter tui eſſe etiam „ſo-

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

Sæc. XVIII. A. C. 1723. „ſolent, idonea, opportunaque emen„datione corrigatur & reſcindatur, pro „viribus adnitaris: hanc enim operam „tua integritate ac religione dignam „juſtitia requirit, firmandæque pacis „ratio poſtulat ac debita Beato Pe„tro Apoſtolorum Principi, reverentia „omnino depoſcit, ac Deus Pacis, qui „juſtus eſt in omnibus viis ſuis, & „ſcuto bonæ voluntatis ſuæ protegat „Fraternitatem tuam, cui Apoſtolicam „benedictionem peramanter imperti„timur.„

## §. III.

### *Ejusdem Pontificis literæ ad Cæſarem in favorem Ducis Wirtenbergenſis.*

Inter haſce moleſtias haud exiguo ſo- latio paternum Pontificis animum ſublevabat ſincera Chriſtiani Ulrici Wir- tenbergenſis Ducis converſio. Hic Prin- ceps dudum de ſectæ ſuæ veritate ſol- licitus, cum nec in ſacris literis, nec Patribus Eccleſiæ ſuæ incunabula, ar- ticulosque ab ea propoſitos inveniret, ſæpius cum Cardinale Salerno de Ca- tholicæ fidei veritate, præceptisque agere cæpit, ac tandem de ſuæ Reli- gionis falſitate plene convictus die vi- geſima ſexta Januarii Romæ palam ejus-

*Faber t. 42. pag. 752. Holb. Hiſt. Eccl. t 4. pag. 171.*

ejuratis Lutheri commentis Catholicam fidem in manibus Cardinalis Alvari Cienfuegos profeſſus eſt, hoc ſymbolo uſus: *Chriſtus Unicus Dux Vitæ.* Cum autem Pontifex Duci ob hunc reditum multas vexationes a' Proteſtantibus inferri pertimeſceret, ad ejusdem preces potens Caroli Imperatoris patrocinium in illius favorem implorabat, Romæ datis die octava Aprilis ad Eundem hiſce literis: Sæc. XVIII. A. C. 1723.

„Chariſſime in Chriſto Fili Noſter „Salutem. Dilectum Filium, nobilem „virum Chriſtianum Ulricum, Ducem „Wirtemberge ſem, plura ſunt, quæ „Majeſtati tuæ reddunt acceptum. In „his claritas generis, mores ſuaviſ„ſimi, probitas, integritas, & ad omne „virtutis ſtudium præclara indoles, tum „imprimis Catholicæ veritatis agnitio, „ejusdemque confeſſio, ejuratio, qui„bus pridem detinebatur erroribus, „denique egregiæ noſtræ erga illum „voluntatis ſuffragia. Magna iſta ad „demerendum animum tuum incita„menta non ambigimus, quin effica„ciſſimæ commendationis vim & robur „obtineant. Cum is itaque iſtud cogi„tet, non tam abs te petimus, quam „ab inſigni tua erga Deum pietate, & „in Nos obſervantia filiali prorſus ex„pectamus, ut tuo ipſum patrocinio

 „om-

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

„omnibus in rebus foveas, tegas
„diligentius, quo noſtra etiam offi
„non parum ſibi profuiſſe cognoſ
„Erit id Nobis vehementer gratum
„novusque hoc nomine paternæ cha
„tatis cumulus accedet Majeſtati tu
„cui Apoſtolicam benedictionem cu
„aſſiduæ felicitatis voto conjunct
„amantiſſime impertimur.„

## §. IV.

### *Venerabilis Andreas Conti Beator. Albo ab Innocentio XIII. inſertus.*

*Turſel. contin. p. 425. Holb. l. c. pag. 197.*

Cum jam dudum Patres Congre tionis Rituum in virtutes & m cula Venerabilis Fratris Andreæ C nis Fratrum MinorumObſervantum, Aniani natus ineunte Sæculo XIV. obierat, inquirerent, ac demum d ac cultu immemorabili rite conſ ac tuto eum publicis Beatorum noribus decorari poſſe referrent, In centius Pontifex re mature pe atque invocato Dei auxilio eundem trigeſima Januarii in Beatorum nu rum elevavit; conceſſitque, ut d ceps Patres Franciſcani ſolemne d Beato officium quotannis die prima bruarii in eorum Eccleſiis celebra

quod etiam præſtituta die anni ſequentis maxima cum pompa factum eſt. Sæc. XVIII. A. C. 1723.

## §. V.

### *Carolus Mediobarbus ex Sinis Romam reverſus.*

Hucusque Carolus Mediobarbus Patriarcha Alexandrinus & Viſitator Apoſtolicus e Sinenſi Imperio iter ſuum in Europam ſecundis ventis proſequebatur; cum autem ad flumen S. Januarii in Braſilia ſubſiſteret, ex nautarum incuria navis ejus unacum ſeptendecim ciſtis, in quibus Sinenſis Imperatoris munera ſummo Pontifici porrigenda aſſervabautur, incendio conſumpta eſt. Inde vero profectus, tandem die quarta Aprilis Romam venit, ubi ad Pontificis alloquium admiſſus eidem Imperatoris nomine nonniſi unicam pixidem, pretioſiſſimis perlis arte Sinica diſpoſitis ornatam atque ab incendio liberatam obtulit. Videbatur Pontifex de hujus legationis ſucceſſu parum contentus, eoquod Legatus quædam circa ritus prohibitos relaxaſſet; ſuam agendi rationem Mediobarbus vendicare nitebatur, importunas quorumdam ſollicitationes, & minas, necnon permiſſionum revocationem a ſe ante diſceſſum ſuum factam ob-

*Dorſan. Journal t. 2. p. 145. Hiſt. Univ. t. 8. p. 869. & 956. Holb. Hiſt. Eccl. tom. 4. p. 149. 336.*

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

tendens: Sedis tamen Apoſtolicæ Legato indignum ac indecorum credebatur, ex ſolo verberum vel carceris metu Conſtitutionis Pontificiæ obſervantiam negligere: Ingratus etiam Romanis erat adventus Patris Antonii Magelhanſii Jeſuitæ, qui unacum Mediobarbo Romam venerat, ſummo Pontifici cauſas expoſiturus, propter quas Imperator in ſuo Regno Mediobarbum pro Viſitatore Apoſtolico haberi prohibuiſſet. Non deerant nonuulli ex Cardinalibus Congregationis de Propaganda, qui indecens eſſe autumabant, quod Religioſus Vir Legationis munus ab Ethnico Principe acceptaret: Poſtquam vero præfatus Pater Regias literas impoſitæ legationis teſtes tradiderat, eæque pro authenticis habitæ fueraut, & aliunde jam ſæpius ab Ethnicis Principibus Legationes Religioſis Viris approbante etiam Sede Apoſtolica impoſitas fuiſſe, pluribus exemplis demonſtratum erat, laudatus Pater omni honorum genere ejusmodi Legatis debito excipiebatur. Verebantur enim omnes, ne hujus Miſſionarii captivitate Sinici Imperatoris indignatio, & inde ſecutura Miſſionis ruina promoveretur. Paucis ante Mediobarbi adventum diebus ex Sinenſi Imperio Romam venerat Pater Giamprianus pariter Jeſuita, Miſſionarius, qui ſummo Pon-

tifi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tifici ritus proſcriptos defendentium nomine libellum ſupplicem obtulit, in quo plurimis rationibus fuſius allatis Papam eo inducere adlaborabat, ut Clementis XI. decreta & Conſtitutiones, quibus ſuperſtitioſos quosdam Sinenſium ritus damnabat, revocaret.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

## §. VI.

### *Fouquetus Eleutheropolitanus Epiſcopus a Sinenſi Miſſione Romam redux.*

Haud multo poſt Joannes Franciſcus Fouquet Jeſuita Epiſcopus Eleutheropolitanus, qui per viginti quatuor ferme annos in Sinenſi Imperio Verbum Dei prædicabat, die octava Junii Romam venit. Hic, cum rituum prohibitorum ſuperſtitionem tamdiu apud Sinas commoratus ſuismet oculis inſpexiſſet, eisque ſemper virili animo obſtitiſſet, contra Confratres ſuos, qui pertinacius his ritibus adhæſere, teſtimonium laturus, eos vero, quibus falſo inobedientiæ culpa imputabatur, excuſaturus, ipſum ſummum Pontificem adire conſtituit. Excipiebatur ab eodem ſummis honorum ſignificationibus, eademque die mane & per binas omnino horas de Sinicis rebus cum Papa collocutus erat: meridie Pontifex ad il-

*Hiſt. Univ. l. c. p. 950. Du Halde Hiſt. Sin. t. 3. p. 193. Dorſan. l. c. pag. 144.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

lum miſit currum unacum Eccleſiaſtico Viro, dato eidem negotio, ut Epiſcopo, quamdiu Romæ moraretur, inſervi-ret, eumque comitaretur. Die non Junii Fouquetus Patrem Tamburinum Societatis Præpoſitum Generalem in-viſit, ab eodem rogatus, ut in Dom Profeſſorum habitare velit: Epiſcopu vero id deprecatus reſpondit, quo Pontifex pro ſua benignitate jamja habitaculum ipſi in Collegio de Propa-ganda aſſignare dignatus fuiſſet: Fre-quens erat huic Epiſcopo cum ſummo Pontifice & Cardinalibus colloquium de ſtatu Miſſionis Sinicæ, ac propterea Pontifex peculiarem inſtituit Congre-gationem, in qua de hoc négotio ma-turius ageretur: Deſtinabantur ex Car-dinalibus Tanara, Sacripante, Pa-luccius, Febronius, Vallemanus, de Comitibus, Spinula, Albani, Scottus Pamphilius, & Imperiali. Præſcribe-batur religioſiſſimum eorum, quæ age-rentur, ſilentium: ineunte vero Menſe Auguſto huic Congregationi datum e-initum, diſcuſſusque libellus ſupplex Giampriano Jeſuita porrectus: Albe-nius ceterique ferme omnes Purpurati Clementis XI. Conſtitutionem omnino ſervandam eſſe cenſebant: quid vero decifum, paulo inferius referetur.

§. VII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

## §. VII.

### *Ejusdem Epiſcopi epiſtola ad P. Godevilleum Jeſuitam.*

*Apud Du Halde addit III. Moſer. pag. 193. Flor. Bahr novi. Sinenſ. p. 128.*

Eo tempore in Jeſuitas Miſſionarios Sinenſes Romæ omne virus acerbitatis & calumniæ liberrime evomebatur, & communis ferme omnium inferioris ſortis hominum vox erat, quod Jeſuitæ contra Sedem Apoſtolicam conſpirationem conſlarint, atque invecta idololatria ac ſuperſtitione ipſum Chriſti regnum debellare meditarentur. Tam atrocia maledicta intime laniebant Jeſuitas Romanos, atque inter illos P. Godevilleus die decima tertia Septembris datis ad Fouquetum Epiſcopum literis eundem rogabat, ut ad vindicandum Societatis honorem, & diluendas ejusmodi calumnias ſuam quoque operam epiſtola in publicam lucem edita jungere vellet, ea tamen circumſpectione uteretur, ut ejus literæ ſine omni offenſionis periculo cuivis oſtendi poſſent. Ad hanc Godevillei epiſtolam Fouquetus ſequens dedit reſponſum (*).



(*) Hanc epiſtolam reipſa a P. Fouqueto ſcriptam fuiſſe, ne ipſe quidem P. Florianus Bahr Jeſuita Peckinenſis Gymnaſii Rector in

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

„Heri poſt prandium humaniſſimas Reverentiæ veſtræ per Patrem Laval recepi, non ſine magno animi mei jubilo; ex illis enim literas, plurium annorum ſilentio mei memoriam ex ejus animo nondum obliteratam cognovi: Ea vero, quæ in R. V. literis continentur, mihi huc-

---

ſuis recentiſſimis Novitatibus Sinicis inficiari auſus non eſt, acriter tamen pag. 128. in ipſam Fouqueti Perſonam, qua depreſſa omnem his literis fidem, auctoritatemque adimi ſperabat, invehebatur: Hac Fouqueti epiſtola, ſcribit ille, fors primo intuitu inexpertus Lector turbabitur, neſcius, quis hic fuerit Vir, & cur e Sinenſi Imperio Romam contenderit? Si vero ad ejus epiſtolam ſine nominis ſui læſione reſpondere poſſem, id lubenter facerem: aſt proximi errores & vitia ad diluendas criminationes vanas, detegere, miſerorum ſolatium eſt. Id tamen omnino certum eſt, quod nequaquam conſcientiæ anxietatibus impulſus e Sinis exierit, qui nimo ſi ei Peckini morari licuiſſet, haud difficulter fors Eleutheropolitanum Epiſcopatum alteri reliquiſſet. Poſtquam vero e Sinis excedere coactus fuerat, præſtabat, Eleutheropolitanum Epiſcopum, quam expulſum dici Miſſionarium. Neceſſe igitur erat, ut hoc iter ſuum veroſimilitudinis coloribus honeſtaret. Valida erant accuſationum capita conti-

hucusque fuere incognita: ignorabam quoque, quod R. V. librum ad abſtergendas atroces calumnias ſibi & mihi ab anonymo ſcriptore impactas verbis ex ipſo autographo fideliter mutuatis, & libello adjunctis ediderit. Absdubio id eo fine factum, ut ea, quæ olim in Sinis in Societatis favorem ſcripſeram,

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

contra Milonem celebrem Romanum Conſulem palam allata, Ciceronem tamen invenit, qui exhauſtis ſuæ eloquentiæ fontibus ipſum oppoſitis argumentis purgaret: Fouquetus erat Cicero pro Domo ſua, proprius ſuus Advocatus, ne vero alii ipſum tanquam in ſua vocatione inconſtantem, & altioris dignitatis cupidum criminarentur, prætexebat internos conſcientiæ morſus ob ritus Sinicos, ut ſub hujus veroſimilitudinis velamine privata ſua commoda ac fines tegere poſſet. Quid autem aliud egit, niſi quod in ſuperioribus ſcholis ſæpe contingit, ubi non raro quidam Philoſophus falſam quamdam ſententiam per integram horam velut veram propugnat, & nihilominus inter tubarum & tympanorum ſonitus aggratulantium applauſus excipit. Ejusmodi quoque plauſum ſua epiſtola emeruit Fouquetus, cui quidam hoc adjecit Epiphonema: *Eleutheropolitanus Epiſcopus epiſtolam quidem conſcribere didicit, ſuis tamen argumentis nil amplius profecit, quam inane illud; Medice cura teipſum.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

ram, etiamnum palam confirmarem, cum e contrario anonymus Adverſarius tuus ſcribere audeat, quod Eleutheropolitano Epiſcopo nunquam condonaturus eſſet, ſi reipſa ſcripſit, quæ ipſe eidem falſo affingit. Reverende Pater, ni fallor, prius accludere debuiſſes fidele tranſumptum eorum, de quibus a me Reverentiam veſtram falſo accuſatam, Anonymus ſcribit. Tum vero ſatisfacere & de quibus articulis teſtimonium, quod R. V. a me petit, reddere deberem, cognoſcere poſſem, ſimulque ea, quæ olim in Societatis favorem ſcripſeram, magis authentice, credibilius, magisque ad genium tuum comprobare potuiſſem. His deficientibus, tam Anonymi epiſtolam, quam oppoſitum reſponſum mihi procurandi negotium, cuidam amico dedi, cum autem de Societate tuenda tantopere amata, & a me æſtimata agatur, moræ impatiens oſtendam Reverentiæ veſtræ, quod ipſam fiduciæ in me poſitæ haud pœniteret, & ſtatus mei mutatio affectum meum erga Societatem non immutarit.

A teneris propenſum in eam fovi affectum, & in Pariſienſi Jeſuitarum Collegio humanioribus literis, & fidei præceptis imbutus eram. Ex eodem affectu ſæpe hanc Societatem ingrediendi

diendi deſiderium concepi, & me ter beatum reputavi, quod in ea ſuſcipi dignus fuerim inventus. Quindecim annis in Europa moratus, innumera Chriſtianæ pietatis ac virtutum exempla meis obverſabantur oculis. Quicquid viſu & auditu perceperam, mihi reverentiam erga Eccleſiam, communem omnium fidelium Matrem, heroicam obedientiam erga ſupremi Paſtoris & Chriſti Vicarii decreta, inviolatam fidem erga ipſius juſſa, ardens tuendæ fidei ſtudium & ingentem horrorem de omnibus, quibus fidei puritas labefactari poſſet, inſtillabat.



His dotibus inſtructus ad Orientalem Miſſionem progreſſus ſum, hancque vocationem meam ſanctæ huic educationi in acceptis referre teneor. Si ergo hæc ſunt, quæ in Societatis favorem me ſcripſiſſe dicis, eadem etiamnum ex intimo cordis confirmo: nimis enim alte cordi meo ſunt impreſſa, nimisque juſta & æqua, ut deleri unquam poſſent: usque ad hodiernam diem has ideas in animo meo conſervo, & me usque ad poſtremum vitæ meæ halitum conſervaturum promitto. Nec tamen mihi ſufficit, tam luculentum conſtantis, inviolatique affectus mei erga hunc Ordinem dediſſe teſtimonium, minimum etiam prætextum evertere conabor,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1723. bor, quo malevoli quidam ob ſtatus mei mutationem me de ſiniſtro affectu arguere poſſent.

Præprimis me obtenta Epiſcopali dignitate priſtinum affectum exuiſſe exiſtimant nonnulli; id oppido mirum mihi videtur: Ergone Epiſcopatus contrariatur priſtino meo affectui? quot dantur Jeſuitæ, ad Epiſcopalem imo ad ſuperiorem adhuc evecti dignitatem, qui tamen adhucdum Societatem maximi habuerunt. Si Tartarica veſtis, qua tamdiu veſtiti eramus, noſtrum erga Societatem non imminuit amorem, nonne abſurdum foret, ſi veſtis Epiſcopalis inſpiciente Papa affectus mutationem cauſaſſet.

Verum aliud quicquam ſubeſt, quod tamen R. V. in ſuis reticet literis, licet id ſit præcipuus, & maximus offenſionis lapis. Et cur id diſſimulem! neceſſarium potius cenſeo, ut hunc quoque nodum diſſolvam: Nempe, *circa ritus Sinicos meam mutavi mentem, his me oppoſui, & poſtea etiam Romæ meam oppoſitionem propugnavi.* Hinc illi queſtus, & lamenta! Verum ſi hæc ipſa mea mutatio, meaque oppoſitio ex vero erga Societatem affectu orta eſt, ſi ea Societatis legibus & doctrinis mihi ab ea propinatis conſona eſt, quis inde inferre poterit, quod meum

meum erga illam affectum exuerim? Abſit hoc me: rem igitur aggredior. Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Haud equidem diffiteor, quod olim Sinicos ritus propugnandi animum habuerim, hisque opinionibus imbutus Sinas contenderim, & quidem Anno 1699. quo acrius quam unquam, hæc contentio agitabatur: Fateor etiam, me tum ſine ulla hæſitatione hos ritus propugnantium parti acceſſiſſe; quippe per quindecim omnino annos hi ritus mihi innocentiſſimis coloribus tam in libris, quam in colloquiis & epiſtolis, quas ex hoc Imperio ab amicis meis receperam, depingebantur. Noveram quoque, plures Jeſuitas 30. 40. imo & quinquaginta annos in difficillimo Miſſionis munere transegiſſe: ampliſſimis etiam elogiis mihi ob oculos ponebantur decumani ipſorum labores, quos in gentilibus convertendis & firmandis converſis ſubierunt. Tam præclare de eorum ſcientia & virtute ſentiebam, ut eos errare, nullatenus mihi perſuadere poſſem, illorum igitur ſententiæ ſine ullo timore ſuffragatus, Sinicos ritus nil niſi politicas eſſe cæremonias, firmiter credidi, & inter convitia repoſui, ſi quis mihi contrarium perſuadere nitebatur, quin imo vehementer indignabar nonnullis, qui hos ritus tanquam idololatricos & ſuperſtitioſos dete-

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

deteſtabantur. Tanta vis eſt præconceptarum opinionum, ut Jeſuitas errare potuiſſe, impoſſibile mihi videretur.

Verum admiratione magna defixus hæſi, poſtquam evoluto aliquot annorum curſu, & frequenti cum ipſis Sinenſibus colloquio, perlectisque eorum ſcriptis & libris, necnon ex ipſorum conſuetudinibus & Chriſtianorum actionibus plurima expertus eram, quæ meis in Europa hauſtis opinionibus, quas omnino innocuas arbitrabar, repugnabant. Perplexus animo eram, & me nunquam ea, quæ tamen reipſa vidi, vidiſſe peroptabam: Ipſam rei certitudinem in dubium vocare affectabam, eo quod præconceptis meis opinionibus totque Virorum Apoſtolicorum, quorum verba velut oracula adorabam, auctoritati adverſabantur: Aliquamdiu propriis meis oculis & auribus diffidebam, & in hac animi fluctuatione per aliquot annos ſuſpenſus hærebam, ſed quo diutius in Sinis verſabar, eo clarius errores a Societate mea hucusque adoptatos agnovi, meaque dubia profecto fundata eſſe deprehendi. Nihilominus tamen adhuc ea imminuere ſategi.

Adhucdum in bivio hærebam, dum Tournonius Viſitator Apoſtolicus ampliſſima, ut omnibus conſtat, facultate inſtru-

Sæc. XVIII. A.C. 1723.

inſtructus in Sinas venit. Obviam eidem proceſſi iter octoginta amplius leucarum, juſſus a Patre Gerbillonio tum Generali Gallicæ Miſſionis Præpoſito. A Turnonio non ſine ſingulari erga totam Societatem benevolentia excipiebar, isque quondam ad ſerum usque diem habito mecum colloquio ad omnia, quæ Eidem proponenda habebam, benevolas præbuit aures. Exponebam imminentem Miſſionis ruinam, atque difficultates haud ſuperandas, ſi ejusmodi ritus prohiberentur. Ponderata enim utraque hac ratione ad propugnandos hoſce ritus animabar, etſi eorum malitiam probe cognoviſſem. Hic vero reſpondit, jam dudum hæc omnia ſat mature fuiſſe penſata, quibus dictis mox S. Officii Decretum contra hos ritus a Papa confirmatum mihi oſtendit, ſubjungens, quod in ſuo itinere Roma in Sinas continuato Papam iteratis literis, ut hujus decreti promulgationem adhucdum differre dignaretur, impenſe rogarit, ſimulque nomine totius Societatis ſpoponderit, Jeſuitas adhuc ante decreti promulgationem ſuæ Sanctitati obtemperaturos. Poſtea Tournonius mihi injunxit, ut Patrem Gerbillonium de habito noſtro colloquio integra fide certiorem redderem, quod & factum eſt.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

Prolixiore hoc colloquio non pau
maximi momenti edoctus, de hac re
rius cogitare cæpi, ſemperque mag
de horum rituum ſuperſtitione perſ
ſus eram, cum autem, quæ inter n
ſolos dicta fuere, publicam fidem n
haberent, nec decretum, utpote n
dum promulgatum vim obligandi n
ciſceretur, omni adhuc circumſpecti
uſus ſum, etſi animo promptam ſubjecti
nem & obedientiam præſtitiſſem, p
lam tamen eam profiteri diſtuli, don
Romanæ Sedis mandatum promulg
retur. His interea actis communis e
citabatur contentio; acerrimi enim r
tuum defenſores Pontificis decret
adveniſſe pernegabant, vel ſi adven
rit, illud absdubio pluribus foret r
ſtrictum conditionibus. Poſtquam v
hic Patriarcha Antiochenus die vige
ma quinta Junii Anno 1707. Pontifi
Decretum in Urbe Nanckinenſi pr
mulgaverat, magna eos tenuit admir
tio. Imperatoris quidem indignation
imperterrito ſuo Romanæ Sedis dec
tum in Sinis promulgandi animo
accerſivit: Apoſtolica tamen ejus c
ſtantia primorum Eccleſiæ Heroum
mula nequidem atrociſſimis potent
mi Monarchæ minis labefactata
luculenter teſtabatur, ipſum omni
quæ Anno 1704. circa hos ritus c

tig

tigiſſent, certam habuiſſe notitiam. Sæc. XVIII. A. C. 1723.
Nulla mora a Pontificis mandato appellatum eſt, verum rejectis omnibus hiſce appellationibus comparuit Clementis XI. Decretum die vigeſima quinta Septembris Anno 1710. editum, in quo Pontifex de Miſſionis contentionibus plene edoctus non modo decretum Anni 1704. innovavit, ſed etiam Tournonii mandatum confirmavit: unde non modo omnia hucusque effugia evertebantur, ſed & omnes appellationes, atque inter eas nominatim illæ Aſcalonenſis & Macaonenſis Epiſcoporum remittebantur.

R. P. Tamburinus tum Societatis Præpoſitus Generalis die undecima Octobris Anno 1710. per literas ad S. Officii Aſſeſſores directas, ac poſtmodum typis editas pollicebatur, quod plenam obedientiam in amplectendo hoc decreto præſtare paratus, nulli parciturus eſſet labori, ut eadem decreta ab omnibus Jeſuitis ad amuſſim obſervarentur. Solemni hac ſuæ ſubjectionis ac obedientiæ pollicitatione nondum contentus, majora aggreſſus eſt, dum die decima Novembris unacum ſuis Aſſiſtentibus ad pedes Vicarii Chriſti in facie totius Eccleſiæ nomine Univerſæ Societatis ſummo Pontifici conteſtabatur, quam inconcuſſa & inviolabilis ſit

Sæc. XVIII. A. C. 1723. totius Societatis obedientia erga om-nia decreta & ſacræ Sedis manda-ta, nominatim, quæ Annis 1704. & 171 circa ritus Sinicos emanarunt. His inſuper addidit, quod hæc de-creta *ſub cenſuris & pœnis ibidem ex-preſſis ſine ulla contradictione, tergiver-tione, aut cunctatione, quovis contra-ciendi quæſito colore, aut prætextu pe-ſublato ad amuſſim obſervanda & exequen-ſint.* Teſtabatur etiam *hanc eſſe* *hoc votum, hunc ſpiritum Societatis* *verſæ, hunc & futurum eſſe, ſicut pro-dubio ſuper fuit :* Tandem idem Ge-ralis profitetur & conteſtatur ſolemn-ſime, quod *ſi quis ex* univerſa Jeſui-rum Societate *eſſet, qui aliter ſentiret* *loqueretur, aut locuturus eſſet, talem* *nunc Præpoſitus Generalis nomine to-Societatis reprobaret, repudiaret, ill-tanquam degenerem & non ſuum ha-*Filium, *uti tales ſemper habuit, &* *habet Societas, & quantum poterit,* *per compeſcet, comprimet, & conte-* Ægre mihi perſuadeo, efficacion teſtificandam obedientiam verba ex-gitari poſſe, quæ etiam Pontifex lam rata habuit. Si hanc Gener-declarationem R. V. nondum legit, ſidero, ut illam legere non cunct-& rem ita ſe habere comperiet.

Pri-

Priusquam vero Decretum de Anno 1710. necnon præfata Societatis declaratio in Sinis innotuerat, jamjam omnem obedientiam præſtare decreveram, atque in cunctis meæ curæ Nankini commiſſis decreti obſervantiam urgebam. Nec tamen ibi animi tranquillitate frui mihi licuerat; vix enim mihi perſuadere poteram, tot Jeſuitas in re tanti momenti erraſſe: ingemiſcebam, confratrum meorum quosdam, innoxie tamen, erraſſe. E contrario haud me latebat, in primis etiam hujus Miſſionis exordiis non defuiſſe Jeſuitas, qui errorem vix agnitum jamjam publice impugnarint, eorumque exempla multi ſecuti fuerint, atque etiamnum ſequantur. Inſuper ipſam Societatem me admonentem, mihique inſtructiones olim datas necnon celeberrimorum virorum exempla proponentem audire credebam, Memor eſto, inquiebat illa, emiſſi voti tui, quo arcto vinculo te Vicario Chriſti obſtrinxiſti, in memoriam revoca Inſtituti tui Fundatorem, cujus præcipua virtus erat obedientia erga S. Sedem: *Non aliud bonum quæro, quam bonum Eccleſiæ, qui hanc Regulam non ſequitur, meus non eſt Filius.* Hoc principio diu noctuque maturius expenſo, tandem veritati victas dedi manus: hucusque veterum Jeſuitarum

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Sæc. XVIII
A. C. 1723.

auctoritas, proprium meum judicium ſuperabat, aſt illa evanuit, poſtquam totius Societatis fundamentum everti ponderabam: magis adhuc infirmabatur, dum illam cum auctoritate Eccleſiæ, Sponſæ Chriſti comparabam. Tandem vero optata fruebar tranquilitate, poſtquam Tournonius edictum de An. 1704. notum fecerat, & de ipſa mea docilitate lætabar, dum hoc decretum per aliud de Anno 1710. confirmatum unacum Præpoſiti noſtri Generalis declaratione comparuit. Firmabar amplius in mea obedientia per Conſtitutionem, quæ incipit: *Ex illa die;* certiſſime enim mihi perſuaſum habebam, horum rituum damnationem fore irrevocabilem.

Hæc mea erat agendi ratio, R. P. nunc cuilibet, qui me alieni erga Societatem animi arguere tentat, os obſtuere poterit: Non immutatus eſt affectus meus erga illam, quicquid providentia Divina de me diſpoſuerit. Ad Sinas delatus, ob veterum Jeſuitarum reverentiam me in omnibus cum illis conformabam, ſine ulteriore tamen diſcuſſione, quia me tutum eſſe credebam, nec quicquam mali adhuc ſubeſſe, putabam, utpote necdum a Romana Sede damnatum: unde haud immerito dicere poteram: *ignorans feci.* Poſtquam vero

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

vero errorem tam propria rei diſcuſſione, quam Eccleſiæ ſententia detexeram, illum ex ipſo dictamine in ipſa ſocietate hauſto rejeci. Ipſa ergo Generalis, & Procuratorum ad id congregatorum declaratio meam agendi rationem vindicat. Num quicquam egi, quod non & ipſi a me poſtularunt? Unde ergo inconſtantis animi umbra ex mea relatione extorqueri poterit? Aut forte illa tua agendi ratio in eſſentialibus a meà differt? nonne ipſemet hoſce ritus propugnabas, & tamen Conſtitutioni, qua illi rejiciuntur, poſtea ſubſcripſiſti? Ambo Conſtitutionis obſervantiam juravimus, & noſtra juramenta proprio chirographo munita in autographo Clementi XI. Papæ tranſmiſſa fuere: Si ergo non obſtante hac ſubſcriptione animum tuum erga Societatem non immutaſti, nec ego: me æque in hoc conſtantem permanſiſſe glorior.

Supereſt alia diluenda objectio non minus veroſimilis quam frivola, quia Eccleſiæ, ac ſimul Societatis, proin & mei hoſtes utuntur: Ego, inquiunt ipſi, Sinenſes Jeſuitas offendi, ac propterea omne mali genus in caput meum accerſivi, inde vero inferendum, quod cum tota Societate inimicitiam foveam. Falſa concluſio, cujus infirmitatem tam

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

luculenter demonſtrabo, ut hæc dicent
pudore ſuffundantur. Haud diffiteor, qu
Peckini agens ab illis, qui Pontific
Decretum & Conſtitutionem impug
bant, veluti circumdatus fuerim, acpr
pterea ipſorum indignationem incur
rim; me his ritibus adverſari, dum
variis Provinciis egeram, declara
& atque ideo non levem eis moleſti
intuli: Eorum quoque indignation
expertus ſum, & crebræ illorum m
chinationes, ut ex Sinis diſceder
me compulerunt: Incaſſum eas ch
tatis pallio obtegere quærerem; a
enim ſunt notoriæ, ut nullo pacto
lari qu ant.

Verum duo, ut impræſentiar
obſervem, juſtitiæ ac veritatis lege
ſtringor. I. Quamvis de Jeſuitis
ſtam querendi cauſſam habeam,
tamen, abſit a me, de omnibus q
ror; potiſſimi erant alieni ab illis v
tionibus, ob quas Miſſionem defe
compulſus eram. Quinimo haud
latet, quod multis ejusmodi ag
ratio diſplicuerit, atque inter eos
nulli intrepide declararint, quod a
bitates mihi illatæ eos intime fer
II. Inter Sinenſes Jeſuitas novi mu
pietate inſignes, ac propterea mu
quoque Pontificio decreto ſincere o
temperaſſe credo, & quamvis

omn

omnes mox ſuam ſubjectionem palam teſtati fuerint, id tamen Peckinenſibus imputandum Superioribus, qui Imperatoriæ indignationis minas intentarunt, & obedire paratis libertatem ferme omnem ademerunt. Dociles hi Miſſionarii nunquam obedientiam meam incuſarunt, nec vitio verterunt, proin illi, qui meis adverſariis adhæſerunt, facile in errorem induci poterant. Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Nunc vero Univerſorum expeto judicium, an ex eo, quod paucis Renitentibus diſplicuerim, totam Societatem impetiiſſe dicar, cum adhuc cum ipſo Generali, ejus Aſſiſtentibus, & per univerſi Orbis partes diſperſis Procuratoribus unitus permaneam? Quænam eſt ergo Societas Jeſu, a qua me ſegregaſſe arguor? Forte duplex datur Societas, hæc, quæ ſuo Generali adhæret, ejusque juſſa exequitur, altera, cui, quicquid lubet, agere licet, & quæ pro ſuo arbitrio jugum excutit? Nonne Societatis nomen complectitur plusquam viginti Jeſuitarum millia, qui per totum mundum hinc inde diſperſi ſunt, & eorum aliqui in remotiſſimis Barbarorum Regionibus degunt, ibidemque pro animarum ſalute ſuam quietem, ſanitatem & vitam conſecrant? Ergone deinceps Venerandum hoc nomen duntaxat exiguo rebellium manipulo tribuetur?

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

buetur? Aut fors hæc nimis aſpera dicta ſunt? aut cum tam ſanctæ Matris ignominia ejuſmodi degeneribus, ingratis atque inobedientibus filiis ſuam Matrem proſtituentibus parcendum! Nonne tales ſunt, qui hæc facinora hucusque non audita, perpetrarunt! Nunquid non his accenſendus eſt ille qui ex publico ſuggeſtu Apoſtolicum Legatum velut alterum luciferum comminabatur, quia ſacræ Sedis decretis obedientiam præſtari petiit? Nonne talis erat alius ejuſmodi fanaticus Jeſuita, qui præſente Legato in maxima populi frequentia propugnabat, quod unus et celeberrimis Pontificibus, qui unquam Eccleſiæ præfuere, promulgando Conſtitutionem *Ex illa die* peccatum mortale perpetrarit? Nonne alius ex proterva hac turba effutire auſus eſt, quod Pontifex ab hoc peccato abſolvi nequeat, niſi prius ſaltem hanc Conſtitutionem revocaverit? Ea eſt calami mei infirmitas, ut plures ejuſmodi impietates manifeſtare exhorreſcat. Utinam vel eas ſanguine meo obliterare poſſem nec poſteritas illis fidem adhibere poterit, niſi poſtquam eas innumeris omni fide digniſſimis teſtibus comprobatas viderit, aut eas in literis, relationibus & actis Tournonii Cardinalis & in Diario Alexandrini Patriarchæ legerit. Per Deum im-

immortalem! Suntne hi Fratres Xaverii, Criminalis, Barzcæi, aut Fabri, Virorum, qui ſibimetipſis mortui, mundo crucifixi, & ducentis abhinc annis inter vitæ pericula, atque immenſos labores ſub vexillo Petri populis obedientiam erga ejus Succeſſores in ſuis ſermonibus inculcarunt? Et tam degeneres pro filiis Societatis Jeſu habeantur? Eratne eorum vox & ſpiritus dum ejusmodi blasphemias evomuerant, idem cum eorum Generali; erantne tum tales, quales in ejus declaratione deſcribuntur? Non, non, tum erant putrida, & reprobata membra, non erant filii Societatis. In vanum geſtant veſtes & nomen Jeſuitarum, nil tamen aliud quam Jeſuitica erunt phantasmata & larvæ.

Dicant, per me licet, quod contra totam Societatem peccaverim & Eccleſiæ mandatis obtemperando Jeſuitas offenderim, & contra totam Societatem me moverim, dum erroneis & ſcandaloſis eorum actionibus me oppoſui. Sed hac ratione quam inique cum Eccleſiæ Sanctionibus ageretur? nonne hoc idem eſſet, ac dicere, quod vel Societatis Generalis harum ſenſum minus fideliter expoſuerit, dum præſentibus ſuis Aſſiſtentibus cunctisque Procuratoribus coram Chriſti Vicario, & in facie totius

Eccle-

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Eccleſiæ illimitatam obedientiam erga
Decreta circa ritus Sinicos edita pol-
licitus eſt, vel quod hæc Societas po-
hanc pollicitationem datam fidem fe-
fellerit, & perfide cauſſam Eccleſiæ
prodiderit: Quam enormis autem eſſet
injuria, quæ hoc pacto Societati ir-
rogaretur: Se promiſſis a Generali fa-
ctis ſtetiſſe manifeſtum eſt; nunquam
ergo mentem meam mutavi.

Fors dicet aliquis, cur ergo hæc
Societatis monſtra, hæ Jeſuiticæ larvæ,
hi perfidi Tibi optime noti, cur, in-
quam, promeritas non dederunt pœ-
nas, & cui demum Generalis in ſua
Declaratione ejusmodi pœnas inten-
tavit? Num ejusmodi minæ duntaxat
ioci gratia factæ ſunt? R. P. mei loco
reſpondere debes, quia hujus conni-
ventiæ rationes tibi magis cognitæ ſunt,
mihi autem incognitæ, quas nihilomi-
nus veneror, eoquod eas ſummi eſſe mo-
menti pie credo, eoquod illæ usque nunc
communi querelæ prævalere videntur.
Ingens tamen omnium admiratio eſt,
quod tales homines notorie rei ad ter-
rorem aliorum ſeveris pœnis caſtigati
non fuerint: indignantur omnes, quod
inſuper ex eis nonnulli honorificis fun-
gantur officiis, omnique benevolentia
& patrocinio honorentur, e contra
autem illi e ſocietate Miſſionarii, qui
erga

Sæc.XVIII. A. C. 1723.

erga decreta & Pontificis Conſtitutionem promptam exhibuere obedientiam, nil niſi moleſtiis & vexationibus crucientur. Quin imo eo res jam devenit, ut Societatis ſubjectio a Generali promiſſa duntaxat ad ſpeciem facta dicatur. Innovantur veteres calumniæ, perinde acſi Jeſuitæ præ ceteris omnibus Sacris Ordinibus cæcam obedientiam erga ſummi Pontificis decreta buccinent, re tamen ipſa nemo illis magis Pontifici ejusque juſſis refragetur, dum ad ſalivam decreta ejus non ſunt. Et tamen hac calumnia, teſte Generali, Jeſuitæ *ad vivum vulnerantur*, *&* *pupillam oculi ſui tangi dolent*.

Parum me hæ criminationes, quæ ubique reſonant, angerent, ſi duntaxat a Sectariis ſparſæ fuiſſent; notum enim omnibus, quid ejusmodi homines de illa dicant & ſentiant Societate, quæ a primis ejus incunabulis illos inſectata, pernicioſos illorum errores ſemper impugnavit. Aſt eadem hæc vox eſt potiſſimum eorum, qui honeſtiſſimi, Catholicæ fidei ſtudioſiſſimi & in Societatem propenſiſſimi ſunt, & ſocietatem deprædicant tanquam de Ecclefia optime meritam. Quoties hoſce Viros in amaras querimonias ideo erumpere audivi, quod Societas ob ſcelerata quæ-

dam

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

dam ejus membra, quæ circa Si-nicos ritus ſuæ inobedientiæ immo-riuntur, vexationibus obruatur: Non terrentur funeſtiſſimo fato (*) illius, qui ex præcipuis hujus pertinaciæ Autho-ribus erat: Dolendum ſane, quod ejuſ-modi obſtinati homines nihilominus in Europa non paucos habeant, qui eos protegunt. Malæ eorum artes & doli ſpecioſi ſeſe obedientiæ erga Conſtitu-tionem: *ex illa die* ſubtrahendi prætex-tus, ac denique illam, ſi poſſent, pe-nitus evertendi molimina nondum ſunt exhauſta: inde ortum trahunt eorum ambages ad fallendam obedientiam ex-quiſitæ, quibus omnes ſuos libros, quos indies majore numero edunt, tam periculoſis infarciunt ſententiis, ut a-lii, de rei veritate minus imbuti fa-cile in errorem inducantur, ritusque Sinicos, etſi ſæpius damnati fuerint, pro innocuis venditant. In recenti ad-huc memoria ſunt, quæ in binis Epi-ſtolis Paſtoralibus (**) attentata fuere: hæ enim palam Conſtitutionem omnino irrevocabilem evertere molitæ fuiſſent, niſi ſumma Romanæ Sedis prudentia non minus prompta quam æqua & ſe-ria illarum proſcriptione occurriſſet.

Den-

(*) Ad Patrem Murao Jeſuitam collimare videtur Epiſcopus.

(**) Peckinenſis Epiſcopi. Vid. ſupra, p. 4..

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Sæc.XVIII. A. C. 1723.

Denique quid commodi ex damnatorum Sinenſium rituum tutela ac defenſione Societas reportat? Nonne ipſa potius eo fine erecta eſt, ut ſcelera & errores (nullo excepto) quamprimum caput erigunt, debellet? Hæ rationes R. P. de ſe ſat validæ ſunt, magis autem illius feriunt animum, qui Societati ſincere addictus eſt. In defenſione Sinenſium rituum Societatis pro fidei defenſione inſtitutæ honor tam parum, quam ejusdem obligatio ſalvatur: potius ergo Jeſuitæ hoſce ritus, quamprimum eos a Romana Sede tanquam ſuperſtitioſos fuiſſe agnitos noverant, eliminare ac evertere debuiſſent: Exortis circa morum controverſiis plures damnatæ fuerunt opiniones, quas Jeſuitæ tradiderant, num vero Societas has quoque cenſuras pro nullis irritisque habuit? Nequaquam, ſed potius Romanæ Sedis judicio quantocius ſeſe ſubjecit, & nunquam majorem retulit honorem, quam ex ipſa hac prompta & ſincera obedientia. Ergone adhuc Jeſuitæ in Europa inveniantur, qui falſo rumore ac quorumdam Miſſionariorum relatione obcæcati, omnem dexteritatem, auctoritatem, Patronos & vires unice eo fine impendant, ut refractarios in Sinis potenter tueantur? id ſaltem certum eſt, ejusmodi mediis

Socie-

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Societatis honorem minime promovet. Præcipue vero optarem, ut ejusmodi homines hæc Patris Tamburini verba: *Defenſio rituum Sinicorum ad Nos non pertinet* ad PP. Laureati & Hervieu ſcripta & quidem poſt Conſtitutionis promulgationem ſcripta, ſerio perpenderent animo: Id ipſum comprobare poſſum ex Patris Hervieu literis, quas ad manus habeo. Quis ergo ſenſus eſt illorum, qui omnes intendunt nervos, omnes excogitabiles eorumque vocationi adeo contrarias artes adhibent, ut quorumdam a veritate deviantium Miſſionariorum opiniones jam diu proſcriptas tueantur, ac defendant, qui tamen perpendant, quod hac agendi ratione adeo abſona Societatis Generali palam contradicant, & univerſam Societatem ruinæ periculo exponant.

Inde R. P. colligere poteris, quanta fuerit temeritas Anonymi mei Adverſarii: Conjuratio, quæ a Societate contra Eccleſiam conflata dicitur, a Viris prudentibus & doctis exploditur, & pro inſana propoſitione ſemper habebitur: nec tamen te latet, quod non ſemper major pars, ſit ſanior; ſemper enim plebis animo intimius infixi hærent ineptiſſimi rumores: contra nos indecori abundantius ſparſa fuere, quam requiri videtur, ut populi erga nos confide-

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

fidentia ex cordibus aboleatur, & ſi ſemel populi exiſtimationem perdiderimus, qua ratione populis poterimus eſſe utiles? Adinventa hæc Jeſuitarum conjuratio contra Eccleſiam eſt quidem res abſurdiſſima ac inſulſa, & de illius inſania ipſum ejus Architectum plene perſuaſum eſſe, nullus dubito; ſi autem ſine ejusmodi conjuratione, & ſine clandeſtinis molitionibus nihilominus in contumacia, & oppoſitione contra clariſſima Eccleſiæ decreta perſeveretur, ſi, quamvis Ordinis Superiores apertiſſimis verbis & ſub graviſſimis comminationibus obedientiam polliciti ſint, nihilominus ſi ſubditos promulgata ipſis decreta impune transgredi comperiantur, quid de his judicare poterunt Chriſtiani? num id eis placere poterit? poteritne Eccleſia ejusmodi Filios tolerare? nonne talibus læſæ & contemptæ Majeſtatis pœna, & ſacræ Sedis indignatio pertimeſcenda eſt? Quis deinceps mirabitur, ſi etiam potentiſſimorum amicorum favor refrigeſcat, dum Jeſuitæ pene innumeris in vulgus ſparſis libellis ſeipſos mutuo impetunt, ſuisque hoſtibus placari neſciis omne odii virus emovendi anſam præbent? „Num autem ejusmodi remedio „his malis obviandum? illud, ubi non „eſt, quærere non debemus; non ita „pri-

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

„pridem remedium, quod amplecten-
„dum foret, inſinuavimus, Sinenſes
„ritus nullo pacto defendi poſſunt, qui
„eos denuo propugnare nititur, fron-
„tem & angulari lapidi & petræ im-
„pingit, contra quam non prævalebunt
„portæ inferni. Pater Tolomeus, dum a-
„eum ad amplectendas horum partes in-
„vitum ac reluctantem pertrahere ni-
„tebantur, ajebat. *Controverſia de*
*ritibus male cœpta eſt, pejus continuata, &*
*funeſto fine abſolvetur.* Hæc ipſemet ex
„magni hujus Viri ore percepi, qui
„poſtea in Cardinalem electus, ſe ma-
„gis doctrina ac pietate, quam obten-
„Purpura conſpicuum reddidit. His
„ritus iſtos accurate examinans, abs-
„dubio probe cognovit, quod præfatæ
„Conſtitutioni omnino nihil oppo-
„nec ab ea appellari valeat, eoque
„certiſſimam damnaret ſuperſtitionem.
„Hujus ergo celeberrimi Cardinalis ju-
„dicium tanquam infallibilem regulam
„ſequamur. Jeſuitæ hucusque tam
„ardore Bullam *Unigenitus* propugna-
„runt, eodem ergo ſtudio Bullam *Ex*
„*illa die* propugnent. Omnes recte ſen-
„tientes lætabuntur, & Hæreſis Jan-
„ſeniana ſuo fruſtrabitur ſcopo, ejus-
„que Patroni animo cadent. Si ve-
„ullum eorum ora obtrudendi medium
„ſupereſt, certe nullum hoc ipſo ef-
„cacius

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„cacius erit, ſaltem inconditus eorum „clamor nonniſi aerem verberabit, la„trabunt quidem ſed non mordebunt. „Ab eodem fonte ſcaturiunt ambæ Con„ſtitutiones, eademque firmantur au„ctoritate. Inde vero inferendum, quod „pari etiam veneratione ſint ample„ctendæ. Genuini Filii S. Ignatii nunc „attendere debent ad ipſorum Funda„torem, idque agere, quod ipſe abs„dubio faceret, ſi adhuc vita ſuperſtes „foret. Sine ulla tergiverſatione ab „ea deſiſtant cauſſa, cujus defenſionem „nunquam legitime in ſe ſuſcipere poſ„ſunt. Debent infidelibus tam lucu„lento exemplo perſuadere, quod Je„ſuitarum Societas adhucdum ſui Fun„datoris ſpiritu animata nullatenus a „priſtina ſua erga Chriſti Vicarium ſub„jectione receſſerit, ac inter acerbiſſi„mas perſecutiones nil ardentius, quam „ſalutem animarum, & puræ doctrinæ „conſervationem promovere quærat. „Huic ſocietati addicti nunquam a fine, „propter quem illa eſt inſtituta, rece„dant. Illa ſuam originem debet ſacræ „Romanæ Sedi, propter illam fundata „& confirmata fuit, proin Societas „noſtra unice per eam & propter illam „ſubſiſtere poteſt.„

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

„Hac occaſione in mentem redeunt „aurea verba Cardinalis Fabronii, qui

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

„plura ex me circa ritus Sinicos ſciſcitatus, meisque reſponſis contentus, „ſubjunxit: *Ecce! claris verbis Generali Societatis declaravi, amo Societatem Jeſuitarum, ſed duntaxat tamdiu, quamdiu Jeſu cauſſam non impugnaverint.* Deum „teſtor, quod hæc Fabronii verba fi„deliter referam: eadem quoque fide „prius Tolomæi Cardinalis verba re„tuli. Nec hic nec ille Cardinalis de „ſiniſtro erga Societatem animo ſimu„lari poſſunt, & Tolomæus ipſe So„cietatem profeſſus erat, alter vero „Romæ paſſim credebatur, quod So„cietati magis, quam ipſemet Gene„ralis addictus ſit.„

„Poſtremo eadem repeto verba, quæ „ipſus duodecim abhinc annis ad quen„dam venerandum Jeſuitam edixeram: „*Priusquam*, ajebam, *ſententia contra ritus Sinicos erat pronuntiata, multi numerabantur Jeſuitæ, qui opinionem poſtea a Romana Sede damnatam propugnabant; non ipſi ſoli erant, huic enim opinioni plures aliorum Ordinum Miſſionarii ſuffragabantur; interim alii Jeſuitæ opinioni contrariæ adhærebant, prout in ipſomet decreto dictum horum judicium ſequebantur alii, atque etiamnum plures hanc tenent ſententiam, & pro viribus veritatem & hujus opinionis æquitatem propugnant. Societas honori ſibi ducit, quod adhucdum in ſuo ſinu fovere* quo-

Sæc. XVIII
A. C. 1723.

*quosdam, qui nunquam a ſacræ Sedis præſcripto receſſerunt: Nonne hos viciſſim ſacra Sedes defendere tenetur? nonne eidem honorificum eſt, ejusmodi Viros defendiſſe?* „Hæc erat Anno 1723. ac etiamnum „eſt opinio mea, ſpe fretus, quod illi, „qui clavum tenent, fideles Jeſuitas „ſerius aut citius ſua benevolentia, ac „æſtimatione honoraturi, ac univerſo „Orbi teſtaturi ſint, quod hæc Societas „non alios his magis dignos habeat „Filios.„

„Mirabitur R. V. quod ad ejus lite„ras tam prolixum dederim reſponſum: „Pauca quidem illud continet, quæ „non aliunde jamjam Reverentiæ ve„ſtræ nota ſint, nec propter eam tam „prolixus in ſcribendo fui, ſed dun„taxat epiſtolam a me exaratam eo „fine mittere volui, ut cunctos, qui „fors dubitare videntur de immutato „meo affectu, nunc de ſtudio ac venera„tione mea erga Societatem convincere „valeam, ea tamen addita conditione, „qua Cardinalis Fabronius uſus eſt: „Hac ergo epiſtola utere, prout tibi „libet: id unice peto, ut ſi privatis „communicare, vel etiam publicæ luci „hanc epiſtolam dare velis, nihil om„nino in ea immutes. Anonymus „tuus Adverſarius ad hujus epiſtolæ „conſpectum fremet & tumultuabitur,

Ii 3 „&

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

„& nunquam Patri Fouquet condona-
„bit id, quod de Janſeniana hæreſi
„qua Jeſuita, minus vero qua Epi-
„ſcopus Eleutheropolitanus ſcripſit.
„Cum autem a Scriptore, qui contra
„Eccleſiam inſurgit, nec laudari, nec
„æſtimari cupiam, hinc nec ipſius ca-
„lumniæ, aut averſiones me turbabunt;
„uno verbo, ejus encomia potius in
„meum dedecus & ignominiam cede-
„rent. Cupio potius ab eo vituperari;
„inde enim patebit, me a perverſis e-
„jus opinionibus longiſſime abeſſe: ſuæ
„maledicentiæ jaculis verum & Catho-
„licum, tam Bullæ *Unigenitus*, quam
„Conſtitutionis: *Ex illa die* cultorem
„fuiſſe impetitum, mihi honorificum
„eſt. Id unum me angit; vereor enim,
„ne ejusmodi, homines inſectationibus
„ſuis primo Eccleſiam, & poſtea Socie-
„tem opprimant. His curis unice huc-
„usque graviter cruciabar, multa in-
„terim, ut cenſeo, toleranda ſunt, ut
„quis dignus inveniatur pro nomine
„illius, qui tanta pro nobis paſſus, con-
„tumeliam ferre, & ſi forte pereat cor-
„pus, certi tamen ſumus, quod tunc
„ſpiritus a vinculis ſuis ſolutus e cor-
„poris carcere inter victorias & trium-
„phos emigraturus ſit: habito anno-
„rum computu æternitati vicinior ſum,
„quam R. V. & cur non ambo arde-
„re-

„per viam obedientiæ erga Eccleſiam „Chriſti eo perveniendi deſiderium con„cipiamus? Interim ſum cum omni „veneratione.„

Sæc.XVIII. A. C. 1723.

*Addictiſſimus Servus*
FOUQUET.

## §. VIII.

### *Continuata Congregationis Romanæ conſultatio circa Sinenſem Miſſionem.*

Interim inſtitutæ Congregationis Patres de Sinicæ Miſſionis negotio crebras habebant conſultationes; diſcutiebantur exacte cuncta, quæ Mediobarbus Patriarcha in Sinis pro Conſtitutionis obſervantia egiſſet, necnon ea, quæ Jeſuita ceterorum nomine pro illius revocatione in ſuo libello expoſuerat: Varia has contentiones ibi ſuſcitatas dirimendi proponebantur media, atque ex Cardinalibus quidam optimum, & maxime neceſſarium fore cenſebat, ſi cuncta hac in re hucusque a Papa defuncto acta confirmarentur, ſimulque ſeveriſſime cunctis Sinenſibus Miſſionariis inhiberetur, ne ad alios, quam ad ſacram Congregationem de Propaganda imo nequidem ad ſuos Superiores Regulares de iis, quæ in

*Dorſann. Journal. t. 2. p. 185. Holb. Hiſt. Eccl. t. 4. Hiſt. Univ. t. 8. cap. 1. pag. 950.*

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Miſſionibus occurrunt, literas exp-
diant; Congregationi vero integru
eſſet, ea, quæ neceſſaria cenſuer
hiſce Superioribus communicare. V
rum Societatis Generalis comperto h
conſilio, ut ejus executionem præp
diret, omnem opem & operam imp
dit, cauſſatus, timendum eſſe gra
in Societate ſchisma. Tantum eti
valuit ejus oppoſitio, ut hoc conſiliu
ſuo ſucceſſu fruſtraretur. Poſtea t
men hoc negotium quoad ſubſtanti
non autem quoad modum conficieb
tur; decreta enim Clementis XI. qu
bus hi ritus fuerant proſcripti, conf
mabantur, decidi tamen nondum p
erat, qua ratione eorum executio ſi
Imperatoris Sinici offenſione, & ab
que Jeſuitarum dedecore urgeri poſſ
Interim vero Pontifex Menſe Decem
mandatum expediri juſſit, vi cujus p
hibitum, ne deinceps ullus Miſſion
rius nequidem ullus Jeſuita in Sin
mitteretur, niſi a S. Congregatione
hoc munus ſit deſtinatus, approbat
& debita facultate munitus. D
liberatum quoque, an Jeſuitæ Miſſ
narii, qui Pontificiis decretis obte
perare recuſaverint, intentata an
thematis pœna ex Sinis in Europa
revocandi ſint? Verum tot tamque gra
ves oppoſitiones ac difficultates hu
dub

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

dubii deciſioni obſtabant,ut duntaxat decerneretur, hos eſſe revocandos eo duntaxat fine, ut ſuam ſubmiſſionem coram Papa profiterentur. Injunctum quoque Patri Giampriano, ut nulla mora Urbe excederet: importunis tamen Jeſuitarum precibus datum, ut in Sinas reverti & Pontificis reſponſum circa petitam Conſtitutionis revocationem ad Imperatorem Sinicum referre permitteretur: Patri vero Fouqueto munus Vicarii Generalis totius Miſſionis Sinicæ demandatum eſt, unacum titulo Epiſcopi *in partibus*, ut Societatis jurisdictioni ſubtraheretur: His ita diſpoſitis S. Congregatio ſequens decretum ad Generalem Societatis Præpoſitum transmittendum concepit. „Moneatur acriter, ne ex ſuis quempiam „ſine miſſione S. Congregationis de „Propaganda ad Sinas mittat, eos „vero, qui ibidem degunt, inde revocet, „niſi ſeſe Conſtitutionis *Ex illa die* ſub„miſerint, ſi vero ſui Generalis man„dato non obtemperaverint, pro mem„bris a Corpore ſegregatis habeantur: „Si autem ipſemet Generalis huic de„ciſioni & S. Congregationis præcepto „parere renuerit, nullum Novitium in „quocunque loco amplius admittere pot„erit &c. Ceterum Pontifex refractariis Sinenſis Imperii Miſſionariis in-

Sæc. XVIII.
A. C. 1723

tegrum præfixit triennium. quo
men elapſo pœnas in Conſtitutione
tentatas *ipſo facto* incurrerent: De
que Innocentius Papa epiſtolam
Imperatorem Sinenſem perſcripſit, ea
que pluribus exhibuit Cardinalib
ſimulque cuncta, quæ ejus Prædec
ſor contra Sinicam ſuperſtitionem d
creverat, in præfata epiſtola confirm
vit, uti poſtea dicemus.

## §. IX.

### *Chang - Hi Sinenſium Imperator f tis functus.*

*Du Halde Hiſt. Sin. t. 3. p. 156. Pufendorf. introd. a l'Hiſt. t. 6. pag. 363. P. Flor. Bar. Jeſ. Nov. Chin. pag. 132.*

Interim glorioſiſſimus Sinenſium Imp
rator *Cham* ſeu *Chang-Hi* ſuprem
obiit diem; cum enim quadam die co
tantibus eum Tartaris in Sylva H
Tigridum venationi intenderet,
pente concuſſum gelu corpus, febr
que a latere cæpit in latus verſar
non multo poſt venationem interru
ſeque ad quamdam villam ſecundo
pide Peckino diſſitam deferri juſſit. T
repentina pergrati aliunde divert
abruptio cunctos inſolita admiratio
defixos tenuit; non enim erat vero
mile, tam propere, nulloque perce
prævii languoris inſultu defeciſſe Im
ratorem, toto die perſtrenuum, &
natici laboris impatientem: ipſe
occ

occultam morbi vim ſentiens, de diſponendis Imperii rebus, & nominando Regni Succeſſore cogitare cæpit; pro more enim illius gentis relictum eſt Imperatoris arbitrio ex ſuis Filiis unum, quemcunque ad moderandas Regni habenas, populosque in fide continendos aptiſſimum cenſuerit, ſeligere ac nominare, nequidem exceptis Filiis, quos ex ſuis Concubinis ſuſcepiſſet, niſi ex ipſa Imperatrice natus vita ſuperſtes eſſet Filius. Hic enim ceteris omnibus præferendus foret: Cum autem Imperator Principem a legitima ſua Conjuge procreatum ob varia crimina jam dudum in cuſtodiam tradidiſſet, quem ex reliquis ſuis viginti tribus Filiis Succeſſorem nominaret, dubius hærebat, quocirca Imperator Patrem Murao Jeſuitam natione Luſitanum, quem ambiguis in rebus ſæpius in conſilium adhibuit, adeſſe juſſit, eum his verbis allocutus: *Quem ex Filiis meis Succeſſorem ſolii mei maxime idoneum reputas?* ſuam deſuper mentem explicare tergiverſatur Jeſuita, probe proſpiciens, quod quemcunque demum nominaſſet, unius duntaxat amicitiam, viginti duorum autem capitale odium in caput ſuum accerſeret: importunius autem inſtante Imperatore, tandem reſpondit, *Majeſtati ſuæ* inte-

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

*integrum eſt, ſibi acceptiſſimum eligere, a-liunde etiam Regiorum Principum indoles & capacitas Majeſtati veſtræ magis, quam mihi cognita, probataque eſt: meo tamen judicio Princeps nativitate nonus ſagaci-tate, prudentia, affectu erga populos, dex-teritate, aliisque Regiis dotibus excellit ceteriſque præeminet.* Ad hæc Impera-tor ſubridens, nihil reſpondit, nec in vita ſua, quem ſibi in ſucceſſorem e-legiſſet, manifeſtavit, ſcriptam tamen reliquit ſchedam, in qua nonum qui-dem Filium a Patre Murao nomina-tum fuiſſe ſcripſit, quartum tamen no-mine *Yum Chim* futurum Regni ſui Suc-ceſſorem declaravit: Inde vero ſæva cruentaque tempeſtas in præfatum Je-ſuitam, cunctoſque Catholicos per-modum commota eſt,

Interim Imperator linquente vitali calore periculoſius ægrotare cæpit, fruſtra medicæ artis adhibentur reme-dia, novis mali acceſſionibus creſcit & ingraveſcit indies morbus: Accedit P. Dominicus Parrenin Lugdunenſis Jeſuita, cui familiaris erat cum Impe-ratore converſatio: Hic moribundo propoſitis fidei Catholicæ veritatibus tam ardenti noſtram religionem am-plectendi deſiderio accendit, ut morti vicinus Sacro fonte ablui deſideraret. Verum ejus Filius *Yong Thing* re-

ſubodoratus, nulli pepercit diligentiæ, ut cunctis Europæis acceſſum ad Imperatorem præcluderet: Unde hic Princeps contra meliorem animi ſui ſententiam die vigeſima Decembris anno priori Ethnice periit, exacto ætatis ſuæ anno ſexageſimo octavo, Regiminis ſexageſimo primo. Corpus ejus eadem hac nocte Peckinum transferebatur, cunctisque Europæis tela alba, ut pro more patriæ lugubria induerent, fuere diſtributa, conceſſumque, ut una cum Regis Principibus, Proceribusque coram Cadavere terram capite allidere permitterentur. Singulari prorſus amore & ſtudio indefeſſo a teneris in ſcientias ferebatur: Nec Sinicis omnibus diſciplinis, ritibus, legibusque apprime ſe imbutum eſſe contentus, ab Europæis, & præcipue a præfato Patre Parrenino Aſtronomiam, Geometriam, Geographiam, Chronologiam, Architectonicam, Mechanicam, Medicinam, Chirurgiam, Anatomiam, Botanicam, Hiſtoriam Europæam, & Muſicam diſcebat, adeo, ut non modo omnes Sinarum, qui eum præceſſerant, Imperatores ſcientiarum amplitudine excederet, ſed etiam Mandarinos etſi doctiſſimos longo poſt ſe intervallo relinqueret. Nemo etiam Principum Ethnicorum tam præclaram de Chri-

Sæc. XVIII. A C. 1723.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Chriſtiana lege, quam non raro pu
magnis celebrabat encomiis, æſti
tionem conceperat, ut ſi ejus vol
tas fuiſſet adeo docilis, quam ejus
tellectus fuit excultus, ſique vinc
quibus per rationes humanas, & p
lygamiæ libertatem aliaque pathem
in infidelitate irretitus detinebat
rumpendi animum habuiſſet, Sin
Imperium de Chriſtiano Rege, & Ch
ſtianis Succeſſoribus gloriari potu

Reſeratis defuncti Imperatoris
niis reperiebatur ſcheda, qua
*Chim* ſeu ut aliis placet, *Juntſchin*
*Yong - Thing*, quo nomine ſignific
*Pax firma, concordia diſſolubilis*, in S
ceſſorem nominabatur: mox ergo
ſolium elevatus, ab Imperii Procer
& Mandarinis fidei homagium exc
Princeps erat oris Majeſtate, ing
acie, & eloquentia prompta conſpic
in pertractandis Regni negotiis aſſid
ſuæ auctoritatis adeo tenax, ut in
giminis ſocietatem, & conſiliorum
tem neminem adhiberet. Nullate
tamen hæreditarium habuit Patris
affectum erga Catholicam religion
nec benevolentiam erga Apoſtol
Ejusdem Operarios: idolorum c
cultor animum ſemper a Chriſtianis
verſum præſetulit, neminemque
Miſſionariis & Europæis in conſpe

Sæc.XVIII.
A.C. 1723.

admiſit, nec eos ulli adhibuit officio, partim quia ſcientias parum æſtimaret, partim quia eorum opera uti nollet: Hæc funeſta jam erant auguria futuræ vexationis graviſſimæ, qua ultimum religioni Chriſtianæ excidium in hoc Imperio intentabatur.

## §. X.

### *Bellum literarium circa validam Anglicanorum Epiſcoporum ordinationem.*

Jam dudum agitabatur hæc quæſtio, *an Ordinationes Angliæ Epiſcoporum ſint validæ?* Id negabant Jacobus Benignus Bouſſuet, Renatus Maſſuetus Pariſienſis Benedictinus, Trivoltienſes Jeſuitæ, & Abbas Goulde, qui anno hujus ſæculi decimo Pariſiis edito libello, cui titulus: *vera fides Eccleſiæ Catholicæ,* pluribus, iisque validis argumentis comprobare nitebatur, haſce ordinationes eſſe invalidas: his etiam quidam Anglus nomine Thomas Ward in ſua diſſertatione Anno 1719. impreſſa aſſenſit: quem tamen Daniel Williams, Abbatem vero Goulde anonymus quidam Anglus in quadam apologetica epiſtola ad ſuum Amicum *de vera, & non interrupta ſerie Anglorum Epiſcoporum usque ad noſtra tempora Anno* 1722. confutare

*Journal des Scavans Jan& Febr.* pag. 31. *Mem. de Trevoux* 1709. *Mart. art.* 34. 1724. *Auguſt. art.* 70. *Bibl. Carmel. t.* 2. *p.* 786. *Salmon hiſt. D'Angl. t.* 2. *page* 201.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

futare aggrediebantur. Verum Anonymus hic Anglus eodem adhuc anno cujusdam Anonymi Galli calamum contra ſe provocavit, qui ſuo Adverſario Gallicam oppoſuit diſſertationem ſub hoc titulo: *Difficultates propoſitæ Authori epiſtolæ apologeticæ pro ſucceſſione Epiſcoporum Anglicanæ Eccleſiæ.* Anglo præter omnem opinionem ſuppetias tulit hoc anno Pater Petrus Franciſcus le Courayer Canonicus Regularis & Bibliothecarius in Abbatia Pariſienſi S. Genovefæ, qui Bruxellis *diſſertationem de valore ordinationum Anglicarum & de ſucceſſione Epiſcoporum Anglicanæ Eccleſiæ* &c. publici juris fecit: Verum contra hanc Canonici diſſertationem quamplurimi maximi nominis Scriptores ſuos acuebant calamos, ac præprimis P. Michael Lequien Dominicanus Pariſiis edidit opus, quod inſcripſit: *Nullitas Ordinationum Anglicanarum, ſeu refutatio libri, cui titulus: Diſſertatio de valore Ordinationum Anglicarum:* Pari rationum pondere Franciſcum preſſit P. Joannes Harduinus Jeſuita, qui itidem Pariſiis *refutationem diſſertationis a P. Courayero editæ circa ſucceſſionem Epiſcoporum Anglicanorum, & de valore ejusmodi Ordinationum* vulgavit. Eruditiſſimum quoque librum, cui titulus: *Vindiciæ Eccleſiæ Romanæ circa ordinationem Anglorum*

pro-

*prætenſorum Epiſcoporum, ſeu reſponſio ad diſſertationem & diſſertationis defenſionem de validitate Anglicanarum ordinationum*, *Pariſiis* prælo ſubjecit doctiſſimus Pater Theodoricus a S. Renato Carmelita, Theologiæ Profeſſor, atque in Anglia, Scotia & Hibernia Miſſionarius; cum enim Courayerus propugnaſſet, Eccleſiam Catholicam in hoc perperam agere, quod Anglos Sacerdotes atque Epiſcopos, qui ad ſinum Eccleſiæ revertuntur, rurſus ſacris initiari jubeat, P. Theodoricus in parte prima & ſecunda ſolide demonſtravit, conſtantem Romanæ Eccleſiæ fuiſſe uſum, ut quoties ſolidum circa validam Sacramentorum adminiſtrationem dubium permanet, ſemper ea reiterari, ſuis Miniſtris præciperet, imo etiam poſtquam Angli Romanum Pontificale abrogarunt, & Eduardi VI. Rituale adoptarunt, ſemper Eccleſia Anglicanos Epiſcopos reordinaverit, ex qua conſtanti, atque immutata & perenni conſuetudine prudens omnino dubium oriri inferebat de valore ejusmodi ordinationum, ac propterea, inquit Theodoricus, Epiſcopi Catholici contra rituale Eduardi, & contra ordinatos juxta illud reclamarunt, & tam ab hoc Rege, quam a Regina Eliſabetha fuerunt ſuis Sedibus amoti, ac ſub Maria

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Sæc.XVIII. A. C. 172.3

Regina reſtituti, quorum non pauci rejectum hoc rituale martyrio corona ſunt. Reclamabant etiam doctiſſi juxta ac piiſſimi Cardinales Guile mus, Alanus, & Reginaldus Polu tota etiam Natio Anglicana tempo ejusdem Mariæ Reginæ in Parlame hoc Eduardi Rituale abrogari rogab imo ipſimet novæ Angliæ Prædica tes hoc anno declarabant, eorum dinationes eſſe invalidas. In ter autem parte P. Theodoricus invali irritasque eſſe Anglicanas ordina nes demonſtrabat, eoquod jam pri Eccleſiæ Anglicanæ corruptores C vinus, Melanchton, Bucerus, Petr Martyr, & Crammerus Ritualis p fati Author Sacram ordinationem numero Sacramentorum expunxiſſe omnemque veri Sacrificii ideam ab lentes docuerint, Epiſcopatum nonniſi ſimplex *regium Miniſterium*, ergo nulla vera Eccleſia, nullum S crificium verum, non debita ordina nis forma, nec intentio faciendi quod facit vera Eccleſia, nec eti dari poterit verum Sacrificium, Sacerdotes & Epiſcopi, omnesque iusmodi ordinationes erunt invalidæ nullæ. Quale tamen fatum ſubie P. Courayer, poſtea referemus.

§.

## §. XI.

## *Catholici in Anglia ſub falſo obtentu conjurationis acriter vexati.*

Inter alias, gravesque curas, quibus Pontificis animus cunctorum levamini intentus occupabatur, haud infima erat ſollicitudo, qua Jacobum III. Angliæ Regem ſolio ſuo inique excluſum, aut reſtituere, aut ſaltem beneficiis, honoribusque ſuo ſtatui congruis cumulare ſatagebat: Nec infelici huic Regi deerant in Anglia fideles amici, qui ejus ſortem miſerti ad recuperandum Regnum ſuam operam, facultates & vitam offerebant: Hos inter præcipui erant Ormundiæ Dux, Comes de Maar, Atterburius Roſſenſis Pſeudo-Epiſcopus, Comes de Orrery, Nobiles North & Gray, Georgius Kelly & Londinenſis Advocatus ChriſtophorusLayer omnes ferme Proteſtantes: Hi non raro Romæ cum Jacobo Rege egerunt ac tandem inter ſe convenere, ut die vigeſima Junii, qua Parlamentum ob Senatorum electiones mutuis diſſidiis concitatum noverant, cum extero milite, & Regiis ſatellitibus, quorum quamplurimos ad ſuas partes pertraxerant, ductore Ormundo Londinum ingredi, occupatisque præcipuis Urbis ſtationibus,

*Hiſt. Univ. t. 8. p. 978. & 727. Hiſt. cont. Chron. pag. 801. & 816.*

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

nibus, captisque Rege, eique adhæ-
rentibus Jacobum in Regem procla-
mare vellent: cum autem Hi circa hu-
jus conſilii executionem inter ſe diſſi-
derent, eorumque aliqui in Galliis &
Hiſpania ardenter quidem, minus ta-
men circumſpecte rem urgerent, re
comperta Philippus Aurelianenſis D.
Georgium I. Angliæ Regem de im-
pendente ſeditionis periculo admonuit:
Hic ergo copias ſuas contrahit, edicta
contra Catholicos & impoſitum ju-
mentum exſolvere renuentes promul-
gata exactiſſime obſervari, ex eorum
ædibus arma eripi, cunctosque Catho-
licos decimo lapide a Londinenſi urbe
excedere jubet, non alio tantæ ſeveri-
tatis in eos argumento, niſi quod Ja-
cobus III. Catholicæ religioni addictus
eſſet: Ad infelicitatis vero cumulum
acceſſit, quod quidam Hibernus Joan-
nes Oconnorus, & Buchavii Comitis
Frater, qui Avunculi ſui Comitis de
Marr literas ex Francia attulerant, in
Scotia fuerint intercepti, & paulo poſt
Kellyus Centurio caperetur, in cujus
ciſta quadraginta Sterlingicorum mil-
lia pro Jacobo Rege collecta una cum
multis maximi momenti epiſtolis fuere
deprehenſa: Ex his literis palam fie-
bant conjuratorum nomina, atque in-
ter eos præcipue Franciſcus Roffenſis

E

Epiſcopus, & Chriſtophorus Layer, qui ambo Londinenſi includebantur turri: paulopoſt etiam ex fuga retracti fuere Guilielmus North & Gray, necnon Northfolciæ Dux hæreditarius Regni Anglici Mareſcallus: Poſtquam igitur Jacobus Rex ſuorum conſilia nimis tempeſtive detecta fuiſſe compererat, ex Luccenſi Urbe Romam reverſus eſt, quem etiam ſummus Pontifex non modo ſingulari honorum teſtificatione excepit, ſed etiam Cardinalem Cienfuegos Cæſaris Legatum exoravit, ut Carolum Imperatorem infelici huic Regi propitium reddere, tantumque efficere velit, ut ſua Majeſtas Jacobi cauſſam & commoda in proximo Cameracenſi Conventu ſibi impenſe commendata habere dignaretur: Hujus tamen deprecationis nulla Viennæ habebatur ratio, eoquod Jacobus cum exteris Principibus literarum Commercium Cæſari infeſtum foviſſe crederetur.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Interim judicii acta in reos inſtruebantur, & quidem primo in Advocatum Layer ſententia ferebatur, ut in publico foro e patibulo ſuſpenderetur, inde vero ſemivivus detraheretur, evulſisque e corpore viſceribus eidem caput palo affigendum amputaretur, corpore in quatuor partes diſſecto: Percepta hac ſententia Advocatus decla-

 rabat,

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

rabat, ſe infami hoc ſupplicio non o
ſcelera, ſed ob fidem legitimo ſuo Reg
præſtitam affici, de cetero autem An
gliæ Regnum nunquam optata pa
fruiturum, niſi Jacobus Rex ſolio red
deretur. Joannes vero Pluncku & Geo
gius Kelly ad perpetuos carceres fue
damnati, Norfolciæ autem Dux, North
Gray præſtita cautione libere dimi
ac denique Pſeudo - Epiſcopus, e
conjurationis caput eſſet, & car
ris cuſtodem non ſemel graviter pulſ
ſet, ſola tamen exilii pœna plecteb
tur. In ſolos Catholicos quamvis in
nocuos pœna eo gravior, atque in
quior quo univerſalior decernebatu
ut enim Proteſtantes tributorum o
nere alleviarentur, Catholici omn
ipſis triplo plus ſolvere cogebant
adverſus hoc decretum ex ipſis Parl
menti Patribus reclamabant Gage
Straffordiæ Comes, necnon Bath
ſtius & Couperus, pluresque alii, q
hac agendi ratione cunctos Toleran
æquitatis ac prudentiæ leges viol
nimisque aperte odium in Catholi
eosque vexandi animum prodi: D
precabantur etiam Cæſaris, Luſit
& Sabaudi Regum Legati, præval
tamen Catholicos opprimendi ard
quocirca eis inſinuatum, Catholi
graviore exactione onerari non prop
re

religionem, ſed quia pecuniarum ſubſidia Jacobo Prætendenti largiter ſubminiſtraſſent: Hinc centum octoginta octo Senatores hanc injuſtam exactionem ſuis firmarunt ſuffragiis, centum vero ſeptuaginta duo ſeſe oppoſuerunt, atque ex illis viginti publico inſtrumento declararunt, hanc ſententiam eſſe iniquiſſimam, Catholicos enim fide ac ſtudio erga Regem ſuum raro Proteſtantibus ceſſiſſe, & ex Catholicis ferme omnes quiete vivere, & non hos, ſed Proteſtantes nuperæ hujus conjurationis præcipuos exſtitiſſe Authores, minus vero æquum eſſe, ut innocui cum noxiis plectantur, aliunde autem Catholicos in Anglia graviſſimis oneribus obrutos eſſe, nec comprobari poſſe, eos ad Prætendentis conſilia pecuniarum ſubſidia ſuppeditaſſe. Sæc. XVIII. A. C. 1723.

## §. XII.

### *Proteſtantium Conſultatio circa celebrationem Paſchatis.*

Oriebatur hoc anno inter Proteſtantes controverſia, an Paſchatis feſtum cum Catholicis anno ſequenti die decima ſexta Aprilis ſecundum Cyclum Dionyſianum atque Gregorianum ſit celebrandum, an vero ſecundum verum Caculum Aſtronomicum, prout in

*Schediasma de Paſchate Proteſt. Wideburg diſſert. de imperfectione Calend Greg. Faber t. 41. 42. 43. & ſeqq.*

Sæc.XVIII
A. C. 1723

in Concilio Nicæno decretum. Enimve
Proteſtantes, ne ulla in re cum Pontif
conſentirent, Anno 1699. die vigeſim
tertia Aprilis Ratisbonæ in comit
rejectis Cyclis, ex quibus celebran
Paſchatis, feſtorumque inde depe
dentium computus fieri ſolet, eme
datum receperunt Calendarium, i
tamen, ut in ſuo computu ſemper
Aſtronomicum reſpicerent calculu
atque ad declinandam confuſionem
diſcrepante feſtorum celebratione
turam, cum novo ſeu Gregoriano C
lendario conſpirarent: Attamen cu
ſæpe Gregorianum cum emendato C
lendario convenire non poſſit, nec
anno hujus ſæculi vigeſimo quarto P
ſchatis feſtum juxta Calculum Aſtro
nomicum in diem nonam Aprilis, jux
Gregorianum vero in decimam ſexta
diem ejusdem Menſis incidat, hinc d
bitatum, qua die præfato anno Paſch
tis celebratio indicenda ſit, ſi eni
Aſtronomico inſiſtatur calculo, inte
rumperetur conſenſio cum Gregoria
& ſi hic obſervetur, deficeretur
Aſtronomico. Hujus dubii deciſione
Brandeburgicus Elector Proteſtanti
Principum Legatis Ratisbonæ agent
bus demandavit, petiitque, ut pri
Mathematicorum judicia hac de re e
quirerentur. Ne vero hujus rei noti

Co

Catholicos fugeret, hujus quæſtionis Sæc.XVIII.
ſtatum & deciſionem Colonienſes ſuccin- A. C. 1723.
cte his verbis expoſuere:

„Cum Evangelici, ſequentes Calen-
„darium vetus, totis decem diebus a
„Calendario Catholicorum correcto di-
„ſcreparent, ac circa Annum 1700. to-
„tis diebus undecim diſcrepare coge-
„rentur, niſi ſe Catholicis conforma-
„rent, & Candelarium Gregorianum
„admitterent, illud tandem admiſe-
„runt, ſeque Catholico orbi conforma-
„runt. Ne tamen Pontificiis omnimode
„aſſentiri viderentur, Cyclos Gregoria-
„nos rejecerunt, juxta quos Catho-
„lici diem Paſchatis & dependentia ab
„eo feſta faciliime invenire conſueve-
„runt. Cyclorum autem loco elege-
„runt Evangelici ſtrictum calculum
„Aſtronomicum, vi cujus Aequinoctia
„& Plenilunia accuratiſſime, & quoad
„minima temporis Minuta inveniri
„poſſint.„

„Notandum vero, ſtatuiſſe Conci-
„lium Nicænum, ut Paſcha Chriſtia-
„norum ſemper celebretur Dominica
„poſt decimam quartam Lunam æqui-
„noctii verni immediate ſequente; ne
„Chriſtiani cum Judæis concurrant Pa-
„ſcha ſuum ipſa decima quarta Luna
„celebrantibus.„

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

„Statuit inſuper Nicænum Con-
„lium pro æquinoctio verno, diem v
„geſimam primam Martii, non ide
„quod illud in hanc præciſe diem pe
„petuo cadat, verum ut hac ratio
„terminos ſuos paſchales perpetuo
„xos ſtatuere poſſet, ſtatuit autem p
„terminis paſchalibus, prædictam v
„geſimam primam Martii, & decima
„octavam Aprilis, ita ut, ſi deci
„quarta Luna poſt æquinoctium ve
„num inciderit in quamcunque diem
„21. Martii ad decimam octavam Apri
„Paſcha ſtatim ſequente Dominica ce
„brari oporteat. Itaque Catholici ſ
„quendo Cyclos, ab Eccleſia ingeni
„excogitatos & ad diem paſchatis
„veniendum ordinatos, hactenus fin
„optatum feliciter obtinuerunt, & p
„rimis ſæculis, in Paſcha Judæoru
„nunquam inciderunt, nec incidere
„quam poſſunt, niſi poſt quindec
„ſæcula, quando hic mundus prob
„biliter interierit; quamvis enim c
„li iſti non perfectiſſime, & quoad
„nutias temporum cum vero ſider
„curſu, æquinoctiis & pleniluniis c
„veniant, evitant tamen malum iſtu
„ad quod evitandum excogitati ſun
„ſcilicet concurſum cum Judæis in c
„lebrando Paſchate.„

„Ecc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„E contra Evangelici, ſequendo Sæc. XVIII.
„ſtrictum Calculum Aſtronomicum, A.C. 1723.
„dolenter vident, ſe anno hujus Sæ-
„culi vigeſimo quarto Paſcha cum Ju-
„dæis eadem die celebraturos, ſcilicet
„nona Aprilis, dum interim Catholici,
„toto octiduo a Judæis disjuncti, Pa-
„ſcha prius celebraturi ſint decima
„ſexta Aprilis. Ratio diſparitatis eſt,
„quod Cycli Gregoriani non oſtendant
„præciſe Horas & Minuta, ſed dies
„ſolidas, atque ita conſtructi ſint, ut
„Novilunia Eccleſiaſtica plerumque fiant
„poſteriora Noviluniis veris, & conſe-
„quenter, ut Plenilunium vernum,
„quoties juxta ſtrictum calculum inci-
„dit in diem Sabbathi horis aliquot
„poſt meridiem, juxta Cyclos incidat
„in Dominicam ſequentem, idque id-
„eo, ut Eccleſia tanto ſecurior ſit de
„transacta Luna decima quarta Judæo-
„rum: Calculus autem Aſtronomicus,
„accuratiſſime quoad horas & Minuta
„deſignat Novilunia & Plenilunia, fa-
„citque, ut Anno 1724. Plenilunium
„vernum Evangelicis cadat in octavam
„Aprilis hora quarta Minutis 34. quia
„autem octava Aprilis iſto anno eſt Sab-
„bathum conſequenter poſtera die Do-
„minica, ſeu nona Aprilis eſt Paſcha
„Evangelicorum uti etiam Judæorum.„

„At

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

„At Catholicis, juxta Cyclos Gre-
„gorianos, ut jam dictum plenilunium
„cadit ſerius nempe in diem nonam
„Aprilis, quæ cum ſit Dominica, Pa-
„ſcha ab iis transferetur in Dominicam
„ſequentem, ſicque evitatur concurſus
„cum Judæis, quem Evangelici non
„evitant. Videntes igitur errorem ſuum
„Evangelici, rem totam corporis Evan-
„gelici ſtatibus Ratisbonæ propoſue-
„runt. His prævie expoſitis, quid
„Anno 1724. agendum, quæſierunt.

I. „Eſtne Paſcha cum Judæis ce-
„lebrandum, an cum Catholicis? re-
„ſpondent Catholici, juxta Calculum
„Aſtronomicum, quem ſequuntur Evan-
„gelici, non tantum anno hujus Sæc.
„vigeſimo quarto ſed etiam quadrage-
„ſimo quarto imo & Anno ſeptinge-
„teſimo octavo & iterum Anno
„Paſcha Evangelicorum incidit in Pa-
„ſcha Judæorum, ſi igitur judaizare
„Evangelici malint, quam Catholicis
„accedere, faciant.

„Porro animadvertendum, quod Con-
„cilii Nicæni Patres, inter quos, teſte S.
„Ambroſio Epiſt. 83. multi fuerunt artis
„Calculatoriæ peritiſſimi, *merito Cal-*
„*culum Aſtronomicum rejecerint.*

Primo. „Quia probe ſciverunt, id
„quod jam Evangelici, proh dolor! ex-
„periuntur, nimirum per calculum

„Aſtro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„Aſtronomicum eos evitare non poſſe „concurſum cum Judæis in paſchate „celebrando.„ Sæc. XVIII. A. C. 1723.

II. „Cum ipſi Judæi non Calculum „Aſtronomicum, ſed Cyclos peculiares „ſequantur, ad diem Paſchatis inve-„niendum, merito Catholici alios Cyc-„los excogitarunt Judæis oppoſitos, quo-„rum ope aut nunquam, aut nonniſi „poſt plurima ſæcula poſſint cum Ju-„dæis concurrere.„

III. „Patres Nicæni Concilii non „tantum voluerunt, ut Chriſtiani in „paſchate celebrando diſcreparent a Ju-„dæis, ſed etiam ut Paſcha inciperet, „& celebraretur eadem die naturali, „ſive intra easdem 24. horas, per to-„tum orbem terrarum: ad hunc autem „finem plane ineptus eſt Calculus Aſtro-„nomicus. Cadat enim Plenilunium „vernum Nobis Coloniæ exiſtentibus in „diem Sabbathi hora noctis decima, „vel undecima, jam Paſcha nobis poſtea „die Dominica erit celebrandum: Aſt „dum nobis adhuc eſt Sabbatum, & hora „noctis decima vel undecima, aliis verſus „orientem populis jamdudum eſt incepta „Dominica, adeoque iis idem plenilunium „cadit in Dominicam, transferendum „ergo erit iis populis Paſcha in Domi-„nicam ſequentem, & octiduo toto ſe-„rius quam apud Nos, celebrabitur.„

„ſunt,

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

IV. „Cum Calculus Aſtronomicus „certis tabulis nitatur, quæ a diverſis „auctoribus diverſo modo conſtructæ „ſunt, ipſe etiam Calculus neceſſario „prodit diverſus.„

„Exemplum ſit, Tycho Aſtrono„morum Princeps Anno 1583. Æqui„noctium vernum ſuo Calculo ſtatuit „decima Martii (veteri ſtylo) hora „nona poſt meridiem: at juxta tabulas „Alphonſinas idem æquinoctium pote„batur ſex fere horis citius, & juxta „tabulas Prutenicas tredecim fere ho„ris ſerius, cui ergo ex his Calculis „credendum tanquam infallibili & cur „uni potius, quam aliis? ex quo patet „Calculum Aſtronomicum erroribus „quoque obnoxium eſſe, propter tabu„las diverſas; quæ omnes & re„gulæ cum vero ſiderum motu & loco „ne per Dei quidem potentiam con„gruere poſſunt. Hoc & plura ejus„modi conſiderantes peritiſſimi ex toto „orbe Mathematici, quos ſanctiſſimus „Papa Gregorius XIII. ad Calendarii „Juliani correctionem circa Annum „1582. convocavit, & toto triennio in „iſto opere perficiendo occupavit, Cal„culum Aſtronomicum velut ineptum „ad mentem Concilii Nicæni rejece„runt. Nihil vero facilius, commo„dius & ſecurius excogitare potuerunt, „quam Ciclos, quos nunc Gregorianos

„appel-

„appellamus: hos ſi Evangelici admi- Sæc. XVIII.
„ſerint, momento citius, quæſtio tota A. C. 1723.
„Ratisbonæ propoſita in nihilum abibit.,

Præ ceteris vero ex Proteſtantibus Altorffenſes & Norimbergenſes Mathematici cenſebant, differentiam octo dierum Calculi Aſtronomici a Gregoriano non 'eſſe curandam, ne Catholici Gregorianum Calendarium a Proteſtantibus tandem fuiſſe acceptatum glorientur, proin Paſcha juxta calculum Aſtronomicum die nona Aprilis, ſeu die ſequenti poſt plenilunium, quo Judæi ſuum Paſcha celebrant anno Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quarto eſſe celebrandum, etſi juxta Gregorianum computum Cyclicum Plenilunium Paſchale eadem die incidat: nec etiam timendam eſſe confuſionem circa feſta, nundinas &c. ex publicis enim novellis Catholici facile ſcire poſſent, qua die v. g. nundinæ Lipſienſes incipiant. Brandeburgicus quoque & Jenenſes Mathematici his aſſenſere, eoquod juxta Ratisbonenſe decretum Paſcha proxima poſt plenilunium die Dominica, quæ Æquinoctium Vernale ſequitur, celebrandum, ipſumque æquinoctium & plenilunium juxta tabulas Rudolphinas Kepleri in Meridiano Uranoburgico determinandum ſit, cum ergo juxta hunc calculum æquinoctium in vigeſimam Martii diem, & plenilunium in octa-

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

octavam Aprilis ſeu Sabbatum Ann 1724. incidat, proprius Paſchatis dies erit nona Aprilis, ſeu Dominica mox ſequens, Catholicis igitur complacenti animo, aut differentiam a Gregoriano evitandi ſtudio computum Aſtronomi cum nullatenus eſſe relinquendum cen ſuerunt, quibus Jenenſis addidit, for conſultum fore, ut Paſcha æque ac No talis Domini dies, Purificatio, & S. Mi chael ad feſtum immobile erigatur, & in determinata die Dominica, v. g. ul tima in Menſe Martio vel prima in Apri li ſemper & ubique celebretur. Per ceptis igitur horum ſententiis Corpus ut vocant, Evangelicorum Ratisbonæ hoc anno die trigeſima Januarii con cluſit, ut non ſolum Calendarium emendatum in Proteſtantium ditionibus conſervetur, ſed etiam Paſchatis Fe ſtum Anno 1724. 1778. 1798. & quo ties ejusmodi Paſchatis differentia in ter emendatum & Gregorianum Ca lendarium occurrit, juxta calculum Aſtronomicum, proin Anno 1724. die nona Aprilis celebretur, ſemper ta men ſollicite caveatur, ne Paſcha Chri ſtianorum cum Judæorum Paſchate con incidat. Huic Legatorum decreto aſ ſenſere etiam Batavi, atque Helvet. in Dania vero juſſu Regis quidam Aſtro

nom

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nomus ſequens ſcriptum ad Ratisbonenſes Legatos transmiſit. Sæc. XVIII. A. C. 1723.

„Imperio ſacræ Regiæ Majeſtatis tuæ, „quam ſubmiſſiſſime morem geſſi perlegendo, quas addictorum Auguſtanæ „Confeſſionis Electorum, Principum & „Statutum Conſiliarii ac Legati ad Majeſtatem tuam die 30. Jan. a. c. dederunt literas, quin & expendendo momentorum ſingula, quæ in Corporis „Evangelicorum, S. R. J. Concluſis, „vel ipſo hoc anno vel ante 4. & quod „excurrit luſtra editis apparent. Dabit „vero veniam Sacra Regia Majeſtas „tua, ſi fatear libere cauſſam me inveniſſe nullam, cur, ut ſententiam „meam deferam, oporteat. Quin & id „vitio mihi neutiquam vertendum ſubmiſſiſſime confido, ſi de Corporis Evangelici opinione hac in re diſſentiam. „Recolendam certo cujusvis anni tempore Dominicæ Reſurrectionis memoriam eſſe, primitiva unanimiter conſtituit Eccleſia, ſed quo demum die „feſtum iſtud commodius celebrari „poſſet, primo & mox ſecundo a Reſurrectione Servatoris Sæculo prolixe „diſputatum eſt, deditque controverſia „illa turbis non unius generis occaſionem. Aſiaticæ quippe Eccleſiæ Chriſtianorum & Judæorum Paſcha uno „eodemque tempore omnino celebran-

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

„dum eſſe vehementer contendebant,
„rati, vim datis a Deo legibus fieri,
„ſi aliter Eccleſia decerneret & hujus
„quidem ſententiæ fautores quartode-
„cimani dicti ſunt, de quibus prolixe
„inter alios Epiphan. parav, hæreſ.
„30. vel 50. „

„Quamvis vero litem hanc non ma-
„gni adeo momenti nec multis occaſio-
„nem dare potuiſſe calamitatibus qui
„crederet, aliter tamen eveniſſe ipſe
„eventus docuit, cum tantopere affli-
„xerit Eccleſiam, ut ad ſopiendam eam
„Polycarpus, qui Smirnenſium Civ-
„multa cum laude præerat, Romam
„licet ſenio tantum non confectus ive-
„rit, ubi cum Aniceto Romanorum Epi-
„ſcopo collocutus, iſtam quoque de
„feſto Paſchatis Controverſiam pie &
„prudenter adeo tractavit, ut Anicetus
„& ille dato invicem Pacis oſculo per-
„ſeveraturam inter ſe pacem obſigna-
„verint. Sed recrudiſſe poſtea, quod
„coaluerat fere hoc vulnus multa
„vincunt, cum & Sacerdotum, qui in
„Palæſtina Congregati & Romanæ Sy-
„nodi & Epiſcoporum Ponti & denique
„Eccleſiarum tam Galliæ, quam O-
„rænæ Provinciæ ea de re Epiſtolas in
„ſuperfuiſſe tempore haud diffitetur
„Euſebius Hiſt. Eccleſ. L. 5. cap. 23.
„quidquid vero coactis ad terminandam
„hanc

„hanc Controverſiam vel Synodis, vel „Conciliis viſum fuerat, inhærebant „tamen conceptæ opinioni Eccleſiæ „Aſiaticæ, quarum cauſſam pertinaciter „ſatis perorans Polycrates pro recepto „in Aſia more non aliter ac pro aris „pugnabat ac focis. Philippum & Joan„nem Apoſtolos necnon Polycarpum, „Thraſeam, Segarim, Papitium, & „Melitonem feſtum Paſchatos 14. Luna „nunquam non feriatos fuiſſe, ſeque „tantorum hominum, quidquid recla„marent alii, exemplum ſecuturum „aſſeverans. Sed Victor Rom. Epiſcopus „provocatum ſe hiſce Polycratis literis, „forte autumans auctoritati ſuæ con„ſulere duxit conſultius, quam mode„ratis uti conſiliis, illamque quæ Præ„ſulem nunquam dedecet, manſuetudi„nam præſeferre: hinc Aſiaticas Eccle„ſias ad unam omnes & ſacris & omni „Chriſtianorum reliquorum interdixit „conſortio. Sunt inter Pontificios, „qui factum ita eſſe pernegant, pudet „ſcilicet illos facti, ſed quidquid ſit, „iſto ſe fulmine non adeo tactam ſen„tiebat Aſia, quin contra præproperum „Victoris judicium obtineretur. Emi„nuit iſto tempore magnæ pietatis & „Doctrinæ Vir digniſſimus Lugdunen„ſium in Gallia Præſul Irenæus. Is Vi„ctorem increpuit, admonuitque, im-

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

„prudenter ab eo factum, quod inte-
„gras a communione abſcindere tenta-
„verit Eccleſias, quæ licet nullius
„alioquin erroris conſciæ nec alicuju
„a vero veræ fidei tramite declinatio-
„nis convictæ acceptum ſaltem a ma-
„joribus morem tuebantur. Hoc fact
„Irenæum meruiſſe Irenæi nomen
„της ειρηνης pacis amantiſſimum, teſta
„Euſeb. Hiſt. Eccleſ: l. 5. cap. 24.
„vero liti huic aliquis conſtitui poſſ
„terminus, viſum eſt magno Imperato
„Conſtantino Concilium indicere,
„quod Niceæ in Bythynia conven
„non eam ſaltem ob cauſſam ſed præ-
„cipue propter Arianos, quorum erro
„profligato Controverſia illa de die P
„ſchatos ex voluntate Imperatoris pr
„poſita eſt, de qua ut judicarent, q
„Eccleſiis ejus præerant, conve-
„nientins duxit, conſenſerunt igitur
*conſcripti ad Concilium Patres, neutiquam
obſervandam eſſe Judæorum ceu Chri
hoſtium conſuetudinem, ſed Reſurrectio
Dominicæ ferias uno eodemque tempore
niſi Domiuica die a Chriſtianorum ſingu
agendas*, Euſeb. de vit. Conſtant. Lib.
„c. 18. (quantumvis vero in Conc
„Nicæni Canonibus ne vola ea de
„appareat, nec veſtigium, ex Synodi
„tamen Epiſtola ſatis liquet) Socr
„hiſt. Eccleſ. L. 1. c. 9. prout quoq
„Co

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„Concilii Antiocheni, quod Anno 341. Sæc. XVIII.
„jubente ita Conſtantino Imperatore A.C. 1723.
„coactum eſt, Canone I. ſtatuitur, „Laicos, qui Decreto Concilii Nicæni „de feſto Paſchatos contentioſius oblo„querentur, excommunicandos eſſe, Epi„ſcopos vero Presbyteros & Diaconos „ſimile quid molientes nec Paſchales „niſi eodem cum Judæis die ferias ce„lebrari poſſe putantes deponendos.„

„Et hæc quidem præmittendo duxi, „potentiſſime Rex, ut ſcilicet vel exinde „pateſceret, quam ob cauſſam ad Con„cilium Nicænum & Antiochenum con„ſcripti Patres de feriis Paſchatos gra„viter adeo & ſollicite decreverint. „Nunc vero mihi ad rem ipſam acce„dendum eſt propius, dandæque ratio„nes, cur decentius eſſe, ut id feſtum „non tam 9. quam 16. Aprilis die pro„ximi, quem expectamus, anni per „Regna & Provincias Majeſtatis tuæ, „peragatur, arbitrer. Fateor equidem „non defuiſſe Patribus cauſſas & qui„dem prægnantes ſatis, cur materiam „hanc (licet non magni ponderis videri „poterit) in tot Synodis tanto exami„narunt opere, cum ceu rixarum fomes „diſſidia & tumultus in Eccleſia Domi„ni plus vice ſimplice aluerat. Audiani „enim & quartodecimani nec poſſe nec „debere Reſurrectionis Dominicæ me-

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

„moriam alio vel die vel tempore ſo-
„lemniter recoli, quam eo quo gens
„dacia ex præſcripto legum Cæremoni-
„lium Paſcha feriabatur, docebant:
„quod libertati Chriſtianæ neutiqua
„convenire nec decorum ſatis eſſe m
„rito rebantur fideles, cur Chriſtia
„ad celebrandum Paſcha eodem c
„Judæis die conſtringerentur, pul
„rius longe opinati, ſi feriarentur feſt
„id, quotquot Chriſto dederunt nom
„nonniſi Dominica die, quæ ob re
„rectionem Dominica audit, dicit
„diſcipulo Apoſtolorum Ignatio H
„ἀναςάσιμος, nec dubito aſſerere pecca
„contra Jus & fas iſtis temporibus d
„bentes obſequium, qui alio quam qu
„conſtituerant die celebrabant Paſch
„Illis enim tanquam Eccleſiæ nutric
„competebat absque omni dubio aut
„ritas determinandi, an hoc vel iſto d
„id genus feſta celebranda forent. Nu
„vero alia plane mihi videtur rer
„facies, in Eccleſia Chriſti licent o
„nia, nec opus eſt movere dubia,
„vix ulla apparent.„

„Celebrandum Paſcha eſſe non
„Dominica die omnino exiſtimo,
„vero id nona ſive 16. Aprilis die ſe
„turi anni fiat, perinde eſt, cum u
„que dies ſanctis meditationibus in
„vire poſſit, nec vel prior poſterio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„vel poſterior priore ſit convenientior. Et- Sæc. XVIII.
„ſi vel maxime nævus aliquis in computu A. C. 1723.
„Gregoriano appareat, quid inde Ec-
„cleſiæ periculi? cui nihil omnino cum
„Gregorio Commercii, & quæ non tam
„obſervationibus Aſtronomicis, quam
„divino præſidio & provida ſupremi
„Numinis vicariorum cura regitur. Sit
„ita. Feſtum Paſchatos Anno 1778.
„& 1798. in eundem, quem Judæi co-
„lunt diem incidere, at cur in Judæo-
„rum gratiam feſtas dies vel anticipa-
„ret, vel in aliud protraheret tempus
„Eccleſia, non videmus.„

„Ea de re cogitaſſe quidem Nicæ-
„nos Patres perſuaſus ſum, cum illi
„ſaltem convenerint ad abolendam non
„nullorum ſuperſtitionem, qui non li-
„cere Chriſtianis feſtum Paſchatos niſi
„eodem cum Judæis die peragere exi-
„ſtimabant, quod ſi vero decreviſſent
„inſuper, nec poſſe nec debere unquam
„vel uſpiam feſtum id eodem cum Ju-
„dæis tempore celebrare, introduxiſſent
„alteram ſuperſtitionem in locum al-
„terius. Interea vero non diffiteor
„pulchrum fore, ſi, ut diſperſi per uni-
„verſum Chriſtianorum Orbem Evan-
„gelici uno eodemque tempore memo-
„riam Dominicæ Reſurrectionis ſolen-
„niter venerarentur, ſperari poſſet, ſed
„decollaſſe quoque ſpem iſtam vel vi-

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

„cina Nobis Suecia perſuadet. Pulch„rius vero longe erit, ſi per ſubjecto„rum Imperio S. R. M. T. Provincia„rum ſingulas in unum eundemque „diem Feſtum Paſchatos proximo in„dicatur anno, id quod fieri neutiquam „poterit, ſi a die 16. ad diem 9. April. „transvocandum, Calendaria quippe „jam tum prælo exierunt, transmiſſa „ad illam Orientalis Indiæ particulam, „quæ Majeſtatis tuæ Dominio ſubeſt.

„Navigia præſto ſunt, quibus in Is„landam transportanda, quo antequam „Mercatores obſecundantibus ventis „abeant, poſſe ea iterum recudi vix „ſperandum eſt. Ego vero ut uno eo„demque anni die feſtum Paſchatos „celebrent ſinguli M. T. ſubditi, inter„eſſe omnino arbitror, ne ſcilicet of„fendantur, ſi evenerit aliter, ſimplicio„res. Nec obſtabit quod optaverint a„liud, qui vel in Germania vel alibi de„gunt Evangelici; cum Apoſtolus gen„tium Paulus, damnandum eſſe nemi„nem ob feſtorum diſcrimen aut Neo„lunia aut Sabbatha doceat.„

## §. XIII.

***Fruſtranea Archiepiſcopi Pragenſis petitio.***

Cum

Cum Carolus VI. Imperator unacum Auguſtiſſima Conjuge Pragæ moraretur, Franciſcus Ferdinandus Comes de Khynburg Archiepiſcopus Pragenſis novum ſuæ Eccleſiæ ſplendorem ex horum præſentia affundi ratus, ab Innocentio XIII. Papa enixius quam unquam petiit ſingulare privilegium, vi cujus tam ipſi quam ejus Succeſſoribus purpureum veſtimentum ad modum ornatus Cardinalitii deferre liceret: Verum re comperta Franciſcus Antonius Comes de Harrach Salisburgenſis Archiepiſcopus vehementer ſe oppoſuit, quocirca Innocentius, qui omni, qua poterat circumſpectione, in diſpenſandis privilegiis ne jura aliarum Eccleſiarum violaret, utebatur, repulſam Archiepiſcopo Pragenſi dedit, quocirca hic nullo pacto obtinere potuit, quod tamen tantopere quæſierat.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

*Hanſiz. Germ. Sacra tom. 2.*

## §. XIV.

## *Hiſpani Cleri reformatio a Belluga Cardinale incæpta.*

Poſtquam Ludovicus Philippi V. Hiſpaniæ Regis Filius Aſturiæ Princeps Ludovicam Eliſabetham Montpenſeriam Duciſſam Menſe Auguſto connubio ſibi junxerat, rumor Madriti & alibi incubuit, quod Rex, utpote tenen-

*Hiſt. Univerſ. t. 8. Period. II. c. 3. p. 687.*

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

tenendo Regni clavo ob animi imbecillitatem impar, Regiminis curam præfato ſuo Filio cedere decreverat. Verum incerti hi ſermones brevi diſſipati ſunt, dum paulopoſt duo ſaluberrima promulgabantur edicta, ſapientiſſimi conſilii ſpecimina, quorum primo uterque Hiſpaniæ Clerus, altero autem politici regiminis ratio ad meliorem formam reduceretur: Ad primum hoc decretum Cardinalis de Belluga non ita pridem Roma reverſus potiſſimum contulit, ipſe enim graviſſimis verbis Philippo Regi propoſuerat, Eccleſiaſticos in toto Regno palam graves corruptelas inter ſe haud toleranda conniventia fovere, & præceptorum, quæ eis a Tridentina Synodo præſcripta eſſent, immemores non ſine populi offenſione vitam publicis vitiis conquinatam traducere: nullum vero efficacius ad reſtaurandam diſciplinam remedium videri, quam Nationale Concilium, in quo junctis viribus ac conſiliis leges conſtituerentur, quibus Clerus e ſolutiore diſciplina ad vetera inſtituta revocari poſſet.

Ut vero tam ſalubre conſilium adverſis aliorum conatibus, artibusque everti non poſſet, majusque auctoritatis pondus novæ reformationi accederet, Cardinalis Regem eo induxit

ut unacum præcipuis Hiſpaniæ Archiepiſcopis atque Epiſcopis ſummum Pontificem ſollicitaret, quatenus ea, quæ ad reſtaurandam Eccleſiæ diſciplinam neceſſaria viderentur, Apoſtolica firmaret Conſtitutione.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

## §. XV.

### *Reformationis articuli a ſummo Pontifice propoſiti ac confirmati.*

Lubenti animo Cardinalis precibus ceſſit Philippus Rex, ad cujus ſimul & Archiepiſcoporum, ac Hiſpaniæ Præſulum vota inclinatus Pontifex ſpecialem erexit Congregationem, in qua omnia ad revocandum veteris diſciplinæ vigorem neceſſaria decernerentur. Id ergo, poſtquam a præfatæ Congregationis Patribus ea, qua par eſt, maturitate præſtitum erat, Pontifex eorum decreta rata habuit, & die decima tertia Maij Conſtitutione ſua roboravit. Erant autem decreta ſequentia:

*Bull. magn. Conſt. I. Bened. XIII. pag. 472.*

I. „Cum a Patribus Concilii Tri„dentini Divino afflante ſpiritu, ſapien„tiſſime animadverſum fuerit, quantum „Chriſtianæ Reipublicæ interſit accu„ratum haberi delectum circa eos, qui„bus ſacra Miniſteria ſunt committen„da, & in quorum vitam cæteri fide„les jugiter oculos conjicientes ſum-

„pturi

Sæc. XVIII
A. C. 1723

„pturi inde ſunt exemplum, quod im-„tentur: propłereaque provide ab ii-„dem Patribus cautum fuerit Eccleſia-„ſticæ Militiæ per primam tonſuram „adſcribendos nonniſi illos eſſe, qui „probabilem præbeant conjecturam, „ſe non ſæcularis Judicii declinandi „conſilio, ſed ſincero animo præſtandi „fidelem cultum, ac ſervitium Dei „hoc vitæ genus elegiſſe: volumus, ut „pro tutiori ipſius Conciliaris ſanctionis „executione, ab omnibus Regnorum „Hiſpaniarum hujusmodi Archiepiſco-„pis & Epiſcopis, non alii ad primam „Tonſuram in poſterum admittantur, „quam quibus Eccleſiaſticum aliquod „beneficium ſtatim conferendum ſit, „aut quos conſtiterit literarum ſtudiis „operam ſic dare, ut quaſi in via ad „Ordines, tum minores tum etiam „deinde majores ſuſpiciendos verſari „videantur, vel demum quos viderint „expedire alicujus Eccleſiæ ſervitio „vel Miniſterio deputari.„

II. „Et tam in his, qui ad primam „tonſuram, quam in aliis, qui promo-„veri ad Ordines etiam minores opta-„verint, omnino ſervetur pariter regula „ab eodem Concilio Tridentino tradita, „nimirum, ut nullus ordinetur, qui „judicio ſui Epiſcopi, non ſit utilis „aut neceſſarius ſuis Eccleſiis, quique

„ill

„illi Eccleſiæ, aut pio loco, pro cujus Sæc. XVIII.
„utilitate, aut neceſſitate aſſumitur, A. C. 1723.
„mox adſcribatur, ubi reipſa functiones
„muneri ſuo conſentaneas exerceat.
„Quod ſi qui modo reperiantur vel Cle-
„ricali tonſura jam initiati, vel ad Or-
„dines ſive minores ſive majores jam
„prompti,¦ qui nulli certæ Eccleſiæ,
„vel loco pio adſcripti fuerint: Epi-
„ſcopi adſcriptionem hujusmodi vel a
„ſeipſis, vel a Prædeceſſoribus ſuis
„omiſſam, ſtatim ſuppleant, non mi-
„nus quoad omnes in Majoribus ordi-
„nibus, etiam Presbyteratus, conſti-
„tutos, quam quoad eos, qui vel pri-
„ma tonſura ſola, vel minoribus Ordi-
„nibus initiati, beneficium tamen Ec-
„cleſiaſticum poſſident. Ex reliquis
„autem, ut præfertur, vel ſola prima
„Tonſura inſignitis vel in minoribus
„ordinibus conſtitutis, ſed beneficio
„carentibus', nonniſi eos adſcribant,
„quos Eccleſiis ſuis utiles, vel neceſ-
„ſarios eſſe Judicaverint. Cæterum
„antedictæ adſcriptionis executionem
„differri poſſe per aliquod temporis
„ſpatium, quod ipſis Epiſcopis conve-
„niens videbitur, permittimus quoad
„eos, qui a Diæceſi, in qua Tonſu-
„ram, vel ordines ſuſceperunt, cauſſa
„addiſcendi literarum ſcientias, in ali-
„qua publica Univerſitate, vel Gym-
„naſio,

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

„naſio, ſive ex alia rationabili cauſa
„a ſuo Epiſcopo approbata, vel ap-
„probanda, abſentes reperiantur.

III. „Cum autem Clerici, qui in
„Epiſcopalibus Seminariis educantur,
„ut commodius ad literarum, ſacrarum-
„que rerum ſtudium operam conferre,
„aliiſque a Concilio Tridentino præ-
„ſcriptis addiſcendis magis aſſidue in-
„cumbere poſſint, teneantur juxta e-
„jusdem Concilii decretum diebus tan-
„tum feſtis cathedrali, aliisve loci Ec-
„cleſiis inſervire: hanc quidem ſervitii
„per eos obeundi rationem ſervari in
„omnibus Hiſpaniarum Diæceſibus, nec
„non ipſos generalibus dumtaxat totius
„Cleri ſupplicationibus, ſive Proceſ-
„ſionibus intereſſe volumus & man-
„damus; ſublata quacunque majoris
„ſervitii conſuetudine etiam immemora-
„bili, poſtpoſitaque etiam quacunque
„Appellatione aut inhibitione. Si quod
„autem ſeminarium reperiatur, cujus
„fundatione aliter cautum eſſet ob ad-
„jectam gravioris ſervitii legem ab illo,
„qui ſeminarium ipſum fundaverit ſeu
„dotaverit, vel ei piam aliquam largi-
„tionem contulerit, Epiſcopi ad Nos
„& pro tempore exiſtentem Romanum
„Pontificem id referant, ut deſuper
„opportune provideri valeat.„

IV.

IV. Præterea cum maxime deceat „eos, qui propius ad ſacratiſſima My-„ſteria acceſſuri ſunt, ultra cætera re-„quiſita, congruenti etiam pollere „ſcientia, qua præditi viam ſalutis in-„dicare aliis Chriſtifidelibus poſſint: „Epiſcopi nonniſi eos ex Clero tam „ſæculari quam Regulari ad ſacros Or-„dines admittant, quos ob ſcientiam „aliasque qualitates eo gradu vere dig-„nos per diligentem inquiſitionem, „compererint, adeo ut ſatis non ſit „illos, qui promoveri ad Ordines præ-„dictos optant, linquam latinam in-„telligere, Catechismo inſtructos eſſe, „atque apte reſpondere quæſitis circa „ordinem ſuſcipiendum ſibi in examine „propoſitis. Qui vero ad Presbyteratum „erunt aſſumendi, idonei prius per „accuratum ſimiliter examen compro-„bentur ad Miniſtranda Sacramenta, „& ad populum docendum ea, quæ „ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſa-„lutem: quod quidem ut recte præſtari „poſſit, eosdem Epiſcopos in Domino „hortamur, ut quantum fieri poteſt, „eos tantum ad ſacerdotium aſſumant, „qui ſaltem Theologiæ moralis com-„petenter periti ſint. „ Sæc. XVIII. A. C. 1723.

V. „Quod ſi Domicilium in una „diæceſi habentes, beneficium vero in „altera, ordinari ad ejusdem beneficii

„titu-

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

„titulum optaverint ab Epiſcopo, in cu-
„jus diæceſi beneficium hujusmodi ſi-
„tum eſt: Epiſcopus Domicilii debeat
„eos, ſi in ſuam diæceſim reverſi
„ſunt, ſuper ſcientia, vel idoneitate exa-
„minare ante conceſſionem literarum
„teſtimonialium ſuper eorum natalibus,
„ætate, moribus, & vita juxta Conſti-
„tutionem fel. rec. Innocentii Papæ XII.
„Prædeceſſoris Noſtri, quæ incipit *Spe-*
„*culatores* obtinendarum, addito quo-
„que compertæ idoneitatis teſtimonio
„in iisdem literis: hæque concedi nul-
„latenus debeant, ſi antedicto exa-
„mine tanquam habiles approbati non
„fuerint, iisque juxta præmiſſam for-
„mam non impetratis, minime poſſint
„ab alio Epiſcopo, cui etiam ratione
„obtenti beneficii ſubjecti ſunt, ad Or-
„dines promoveri, ſique ſecus fiat,
„ordinans quidem a collatione ordinum
„per annum, ordinatus vero a ſuſcep-
„torum ordinum executione, quam-
„diu proprio Ordinario videbitur expe-
„dire, eo ipſo ſit ſuſpenſus, aliisque
„ſuper gravioribus pœnis pro modo
„culpæ Noſtro & pro tempore exiſten-
„tis Romani Pontificis arbitrio infli-
„gendis uterque ſubjaceat: cumque e-
„tiam juxta memoratam Innocentii
„Prædeceſſoris Conſtitutionem ratione
„ac titulo beneficii in aliena Diæceſi

„ob-

„obtenti non aliter liceat Ordines ab „Epiſcopo ejusdem Diæceſis ſuſcipere, „quam ſi beneficium prædictum ſit ejus „reditus, ut ad congruam vitæ ſuſten-„tationem, detractis oneribus, per ſe „ſufficiat, declaramus, ſufficientiam „hujusmodi præfiniendam eſſe, non „juxta taxam ſynodalem, ſive morem „pro promovendis in ſacros ordines vi-„gentem in loco prædicti beneficii (niſi „tamen illud continuam & præciſam „reſidentiam requirat) ſed juxta ta-„xam, vel ea deficiente, juxta morem „in alio loco Domicilii vigentem.„

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

VI. „Porro ad ſartam tectamque „ſervandam Eccleſiaſticam diſciplinam „non minus momenti habet, quod Cle-„ricali militiæ nomen dare non per-„mittatur iis, qui haud ſatis idonei „ſint, quam quod eidem militiæ „jam adſcripti laudabilem vivendi ra-„tionem ſectentur, eamque morum ex-„hibeant Innocentiam, quæ ſanctitati „ſuſcepti inſtituti reſpondeat, multo-„que magis, quod abſtineant iis, quæ „a ſacris Canonibus jure meritoque ve-„tita ſunt, uti prorſus indigna homini-„bus tabernaculum Domini inhabitan-„tibus, & venerando altaris Miniſterio „dedicatis. Statuimus propterea, at-„que decernimus, quod, qui ſunt Cle-„rici, aut prima tonſura, aut ordinibus

Sæc. XVIII
A. C. 1723

„minoribus initiati, nullumque Eccle-
„ſiaſticum beneficium poſſidentes, qui
„neglectis Concilii Tridentini decretis,
„habitum Clericalem, ac tonſuram non
„deferant, vel ſi etiam deferant, non
„tamen certæ Eccleſiæ, ac loco pio,
„cui ex mandato Epiſcopi adſcripti fue-
„rint, inſerviant, ſive in ſeminario
„Eccleſiaſtico, vel in aliqua ſchola aut
„Univerſitate de licentia ſui Ordinarii
„non verſentur; Epiſcopi, nulla etiam
„præmiſſa monitione, eos Privilegio fori
„privatos declarent, eorumque adſcri-
„ptionem ſervitio certæ Eccleſiæ ante
„factam deleri jubeant. Sique ii me-
„liorem vitæ rationem non inierint, aut
„etiam ſi tales ſint, quos ex propria
„Culpa efficiendos idoneos promotioni
„ad ſacros ordines ſperari nequeat,
„iidem Epiſcopi ſervata forma a ſa-
„cris Canonibus tradita, ad privatio-
„nem aliorum Clericalium Privilegio-
„rum contra ipſos procedant. Ubi vero
„reperiantur Clerici capellanias, vel
„beneficia cujuscunque etiam tenuis
„reditus, obtinentes, quorum improba
„vita aliis offenſionem præbens deſtruat
„potius quam ædificet, vel concubina-
„rii, aut ſæneratores, vel ebrietati,
„ludisve alearum dediti vel ſatores ri-
„xarum, vel negotiatores, vel arma
„geſtantes, & incertis ſedibus vagantes,

„ve-

„vel clericalem habitum tonſuramque „non deferentes, vel Eccleſiaſtica im- „munitate in fraudem tributorum & „vectigalium a Laicis non exemptis „ſolvendorum temere abutentes, vel „qui demum ſimilia, aut majora cri- „mina patrantes numero magis, quam „merito ad Eccleſiam pertinere viſi „fuerint, Epiſcopi, præmiſſis tamen „neceſſariis monitionibus, ſervatisque a- „liis de jure ſervandis, contra ipſos ad „pœnas a Romanis Pontificibus Præ- „deceſſoribus Noſtris & a ſacris Con- „ciliis impoſitas & etiam ad privatio- „nem beneficiorum, Capellaniarum & „Eccleſiaſticorum officiorum in omnibus „illis caſibus, in quibus prædicta Pri- „vatio a ſacris Canonibus eſt impoſita, „humanis quibuscunque rationibus poſt- „habitis, procedant, memores ſeipſos „neglectæ ſubditorum emendationis „condignas, Deo vindice, pœnas per- „ſoluturos.„

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

VII. Sed & cum perſonæ Eccleſia- „ſticæ nunquam ſatis in obſequiis ſu- „premo Numini exhibendis, iisque „præſtandis, quæ eorum ſtatui conſen- „tanea ſunt, exerceri valeant, pluri- „mum in Domino commendamus pium „morem in plerisque Hiſpaniarum diœ- „ceſibus vigentem, ut Clerici tam in „minoribus Ordinibus conſtituti atque

Sæc. XVIII. „etiam Presbyteri, tametſi beneficia
A. C. 1723. „vel officia Eccleſiaſtica non habentes,
„ſuperpelliceo induti in Eccleſiis, qui-
„bus adſcripti fuerint, Miſſæ conven-
„tuali cum cantu celebratæ, necnon
„primis & ſecundis veſperis officii die-
„bus Dominicis, aliisque feſtis aſſiſtant.
„Quin imo enixe hortamur, ut Epi-
„ſcopi aliarum diæceſium, in quibus
„mos ille inſtitutus hactenus non fue-
„rit, id in poſterum ſervari cu-
„rent in omnibus, ac inſuper ſatagant,
„ut omnes Eccleſiaſtici prædicti etiam
„collationibus habendis coram paro-
„chis ſuis, vel aliis ab Epiſcopo depu-
„tatis ſuper caſibus conſcientiæ forum
„concernentibus & ſuper Ritibus ac
„Cæremoniis ſacris interſint.„

VIII. „Et quoniam in prædictis Hi-
„ſpaniarum Regnis reperiri intelleximus
„mus beneficia & Capellanias etiam de
„jure Patronatus vel Eccleſiaſticorum
„vel Laicorum, nullo tamen certo pro-
„ventu inſtructas, vel adeo tenui, ut
„nec ad dimidiam, nec ad tertiam par-
„tem congruæ pro Clericis ad ſacros Or-
„dines promovendis neceſſariæ aſcen-
„dat; malis haud quidem levibus inde
„erumpentibus occurrere cupientes
„ſtatuimus & mandamus, quod Epi-
„ſcopi ad beneficiorum, & Capellania-
„rum, quæ nullum certum reditum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„habent, ſuppreſſionem ſtatim deve- Sæc. XVIII.
„niant. De aliis vero beneficiis, & A. C. 1723
„capellaniis, quarum certus annuus „fructus ad memoratam ſaltem tertiam „congruæ partem non aſcendit, decer„nimus nulli in poſterum conferendam „eſſe primam Tonſuram ratione juris aſ„ſequendi aliquod ex dictis beneficiis & „capellaniis. Utque Patronatuum Jura, „quantum fieri poſſit, ſalva remaneant, „liceat Patronis tam Eccleſiaſticis, „quam Laicis ad dicta beneficia & Ca„pellanias nominare, non tamen veluti „ad beneficia Eccleſiaſtica requirentia „in nominandis primam tonſuram, ſed „tanquam ad legata pia, & nominati „tametſi primam tonſuram non haben„tes, ea retinere poſſint uti pia legata „cum onere adimplendi omnia onera „a fundatoribus injuncta.„

IX. „Non ſine gravi Noſtri dolore „etiam accepimus, quod, quamquam „Tridentina Synodus decreverit om„nes, qui Parochiales, vel alias cu„ram animarum annexam habentes Ec„cleſias quocunque modo retinent, de„bere diebus ſaltem Dominicis, & fe„ſtis ſolemnibus plebes ſibi commiſſas „pro ſua, & earum capacitate paſcere „ſalutaribus verbis, docendo ea, quæ „Chriſtifideles ad ſalutem ſcire oportet, „ac explicando Divinæ legis præcepta.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

„Fideique dogmata, pueroſque eju-
„dem fidei rudimentis imbuendo,
„brevi facilique ſermone vitia denu-
„tiando, quæ declinare & virtutes
„quas ſectari oporteat, nihilomin
„nonnulli Parochialium Eccleſiaru
„Rectores, hæc, quæ ſuarum parti
„adeo ſunt, prætermittant, culpa
„hujusmodi a ſe amoliri nitentes,
„prætextu immemorabilis, ſed q
„dem pravæ conſuetudinis, vel q
„hoc ab ipſis præſtari neceſſe non
„deatur, ſuppetente nimirum copia
„liorum habentium ſacras conciones
„aliis Eccleſiis, itemque imbuent
„pueros Myſteriis fidei, vel in ſcho
„vel in compitis. Ne itaque ſub i
„iſtarum aliarumque ſimilium exc
„tionum prætextu tanta Chriſtia
„Reipublicæ pernicies ſtruatur, diſt
„præcipimus ſingulis Hiſpaniarum A
„chiepiſcopis & Epiſcopis, ut omn
„efficiant, quod omnes ii, qui ani
„rum curam gerunt, munia præ
„per ſeipſos, vel, ſi legitime impe
„fuerint, per alios idoneos dilige
„exequantur. Si vero aliqui non
„habiles ad illa obeunda reperian
„iidem Archiepiſcopi & Epiſcopi
„alios a ſe deputandos ſumptibus
„rochorum minus idoneorum opport
„ſuppleri curent, & in poſterum be
„ficia, quibus animarum cura im

„net, nonniſi vere idoneis ad memo- Sæc. XVIII
„rata officia per ſeipſos adimplenda A. C. 1723
„conferantur.„

X. „Præterea, ne Conſtitutionis „ſancti Pii quinti etiam Prædeceſſoris „Noſtri, in qua taxatur congrua fru„ctuum portio Vicariis perpetuis ani„marum curam exercentibus aſſignanda, „interpretationem ab ejus ſententia a„lienam fieri contingat, declaramus „Conſtitutionem illam pertinere dum„taxat ad Vicarios perpetuos illarum „Eccleſiarum Parochialium, quæ aliis „Eccleſiis, Monaſteriis, Collegiis, Be„neficiis, & locis piis unitæ ſint: nec„non portionem annuam fructuum, quæ „ibidem ſtatuitur aſſignanda ipſis Vica„riis in ſumma non majori, quam quin„quaginta ſcutorum, intelligi debere „de ſcutis argenteis juliorum de„cem monetæ Romanæ pro quolibet „ſcuto.„

XI. „Quoties itaque in aliis Paro„chialibus Eccleſiis, quæ ut præfertur, „unitæ non ſint, oportuerit ex aliqua „juſta cauſſa provideri per Coadjutores „Parochorum, aut per vicarios tempo„rarios; curæ erit Epiſcopis pro data „ſibi a Tridentina Synodo poteſtate „partem fructuum prædictis Coadjuto„ribus, aut Vicariis aſſignandam de„terminare in ea quantitate, quæ pro „ſuo prudenti arbitrio, & Conſcientia

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

„conveniens videbitur, ratione vi-
„licet habita redituum, & Emolume-
„torum Eccleſiæ Parochialis, in q-
„deputati fuerint, necnon inſpectis co-
„ditionibus loci, numero animaru-
„qualitate laboris, & qualitate impe-
„ſarum, quas commiſſi officii neceſſi-
„poſtulaverit. „

„Quod ſi Parochi ab Epiſcopis m-
„niti, congruo iisdem termino pr-
„fixo, Coadjutores, ſive Vicarios te-
„porarios, quoties opus fuerit, a-
„mere neglexerint, poterunt ipſi Ep-
„ſcopi eos, quos huic muneri idone-
„cenſuerint, auctoritate propria dep-
„tare cum aſſignatione antedictæ po-
„tionis fructuum, & nihilominus u-
„etiam prædicti Coadjutores, aut V-
„carii temporarii a Parochis nomina-
„vel aſſumpti fuerint, de eorum ido-
„neitate Epiſcopis conſtare per exame-
„debeat, antequam ad exercitium a-
„mittantur: nec ſatis ſit, quod
„Confeſſiones audiendas antea fue-
„approbati, niſi aliis etiam qualita-
„bus ad curam animarum recte ex-
„cendam opportunis præditi noſcant-
„quibus ſi careant, nec Parochi de-
„intra alium ſimilem terminum ab E-
„ſcopis præfigendum alios vere idone-
„nominaverint, tunc pariter ad ipſ-
„Epiſcopos libere ſpectet deputatio c-
„dic-

„dicta congruæ aſſignatione, nec ulla „parochorum contradictio, aut exem- „ptio, aut appellatio aut cujuscumque „Judicis inhibitio executionem depu- „tationis, & aſſignationis certæ partis „fructuum in caſibus præmiſſis ſuſpen- „dere poſſit, itemque non obſtante qua- „libet contraria conſuetudine etiam im- „memorabili.„

Sæc. XVIII. A.C. 1723.

XII. „Verum quia non ſatis anima- „rum curæ & neceſſitatibus quandoque „conſultum eſt per hoc, quod ad ob- „eunda Parochialia munia alii ſacerdo- „tes Parochis adjungantur, ſed ma- „jora remedia adhiberi oportet, quo- „ties nempe ob locorum diſtantiam, „ſive itineris difficultatem Parochiani „ſine magno incommodo pro Sacramen- „tis percipiendis, divinisque officiis „audiendis accedere ad Eccleſiam Pa- „rochialem nequeant, tunc quidem „meminerint Epiſcopi, licere ſibi pro „ſuo arbitrio, invitis etiam Rectoribus „vel intra easdem Parochias deſtinare „alias Eccleſias, in quibus ſacerdotes „Parochorum Coadjutores Sacramenta „miniſtrent, & divinum cultum exhi- „beant, vel novas parochias novasque pa- „rochiales Eccleſias a veteribus diſtinctas „conſtituere, iisque novos Parochos præ- „ficere, aſſignata ex reditibus ad vete- „rem parochialem Eccleſiam quomodo-

Sæc.XVIII
A.C. 1723.

„cunque pertinentibus convenienti pro-
„tione ad victum eorum, qui, vel tan-
„quam Coadjutores in dictis aliis Ec-
„cleſiis deputati, vel tanquam diſtincti
„& independentes Parochi curam ani-
„marum exercuerint; nulla ad præ-
„miſſa impedienda ſuffragante appel-
„latione, aut inhibitione.„

XIII. „Cum ad præſcriptum quo-
„que Tridentinæ Synodi Epiſcopis is ho-
„nor tribuendus ſit, qui eorum digni-
„tati convenit, eisque in choro & in
„Capitulo, in Proceſſionibus & aliis
„actibus publicis primus locus eſſe de-
„beat, & præcipua omnium rerum a-
„gendarum auctoritas, mandamus ...
„religioſe, ac perpetuo obſervari ...
„omnibus actibus adeo juſtæ hujus-
„modi præeminentiæ & auctoritati con-
„ſentaneis, non obſtantibus Privilegiis
„etiam ex fundatione competentibus,
„conſuetudinibus etiam immemorabi-
„libus, ſententiis, Juramentis, & con-
„cordiis, quæ ſuos tantum obligant
„auctores.„

XIV. Præterea, ut clauſtralis quo-
„que diſciplinæ vigor illibatus perma-
„neat, Pontificiæ Noſtræ ſollicitudinis
„partes etiam duximus interponendas.
„Cum itaque experientia compertum
„fuerit, quantum detrimenti illi afferatur,
„ex quo plures ad religioſum habitum
„admittantur, quam vires redituum ...

„tiantur; moderno, ac pro tempore „exiſtenti noſtro & Apoſtolicæ Sedis in „iisdem Hiſpaniarum Regnis Nuntio „per præſentes committimus, & man„damus, ut curet, & vigilantiam ad„hibeat, ne contra præſcriptum me„morati Concilii Tridentini in Mona„ſteria, conventus & domos, tam vi„rorum quam mulierum, ſive bona im„mobilia poſſideant, ſive non poſſideant, „major numerus recipiatur, quam qui „vel ex proventibus propriis ipſorum „Monaſteriorum, conventuum, aut „domorum' vel ex conſuetis Eleemo„ſynis, aliisve quibuscunque obven„tionibus, in commune tamen confe„rendis, commode poſſit ſuſtentari.„

XV. „Quoties vero Regulares ad „Ordines erunt promovendi, ſervetur „omnino decretum Congregationis Car„dinalium Concilii Tridentini interpre„tum a piæ memoriæ Clemente Papa „VIII. Prædeceſſore etiam Noſtro con„firmatum die 15. Martii 1596. quo ſan„citur, non ad alium, quam ad Epiſco„pum Diæceſanum, literas dimiſſorias „pro eorumdem Ordinum ſuſceptione a „ſuis Superioribus eſſe dirigendas, præ„terquam in caſu, quo Diæceſanus a „Diæceſi abeſſet, vel ordinationes non „eſſet habiturus, quo etiam caſu in li„teris dimiſſoriis ad alium Epiſcopum „dirigendis expreſſa fieri debeat men-

„tio,

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

„tio, vel in prædicta Epiſcopi Diæ-
„ſani abſentia, vel de illa alia cauſ
„videlicet, quod ordinationes non
„habiturus, exceptis tamen quoad pr
„dicta Regularibus illis, quibus p
„ſpeciale Privilegium a Sede Apoſto
„poſt Concilium Tridentinum fue
„conceſſum, ut a quolibet Catho
„Antiſtite Ordines ſuſcipere poſſint,
„per quo indulto nihil per præſen
„innovare intendimus. Noverint
„tem Epiſcopi ſe debere per ſemetip
„ſecluſo ægrotationis caſu, Ordines c
„ferre & ſacrorum ordinum colla
„nem ſtatutis a jure temporibus ac
„Cathedrali Eccleſia, vocatis & adhi
„tibus Canonicis, publice eſſe habe
„dam, vel ſi in alio Diæceſis loco, ſe
„per tamen in Eccleſia quantum f
„poterit digniori, & præſente Cl
„ejusdem loci. Ne vero incertitu
„an ipſi ordinationes ſint habituri,
„mis grave afferat incommodum pro
„vendis, varia Diæceſis loca inha
„tantibus, per menſem ante ſing
„vicibus publico edicto ab iisdem E
„ſcopis denuntietur, ſe ordinatio
„eſſe habituros, adeo ut quoties den
„tiatio hujusmodi facta non fuerit,
„ſatis intelligant Regulares, Epiſcop
„Diæceſanum ordinationes ea vice
„nime eſſe habiturum, ſibique idci
„licitum futurum Ordines ab alio E
„ſcop

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„ſcopo ſuſcipere cum literis dimiſſoriis Sæc.XVIII.
„ſuorum Superiorum ad eum directis, A.C. 1723.
„ſervata in iis forma ſuperius expreſſa.„

XVI. „Epiſcopi in omnibus Mulie„rum Monaſteriis ſibi ſubjectis ordina„ria, in aliis vero exemptis auctoritate „Sedis Apoſtolicæ inconcuſſe obſervari „curent, quæ circa ſanctimonialium „Clauſuram, vetitumque in dicta Mona„ſteria ingreſſum, tam in Decretis Tri„dentinæ Synodi, quam in Conſtitutione „felicis memoriæ Gregorii Papæ XIII. „etiam Prædeceſſoris Noſtri edita Idi„bus Januarii anni milleſimi quingen„teſimi ſeptuageſimi quinti provide or„dinata ſunt.„

XVII. „Perpendentes etiam Chri„ſtianæ Reipublicæ in primis expedire, „ut Miniſterium, ac poteſtas Clavium „in remittendis, retinendisque pecca„tis recte exerceatur, declaramus Sa„cerdotes, tam ſæculares quam Regu„lares, qui ab Epiſcopis obtinuerint „licentiam audiendi confeſſiones limi„tatam, vel quoad genus perſonarum, „vel quoad tempus, non poſſe pœniten„tiæ Sacramentum adminiſtrare extra „tempus, vel locum, vel genus perſo„narum ab ipſis Epiſcopis præſcriptum, „quocunque Privilegio etiam in vim „Bullæ, quæ appellatur Cruciatæ „ſanctæ, competente nullatenus ſuf-

„fraga-

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

„fragaturo. Cumque idem Innoce-
„tius Prædeceſſor per ſuas die decim
„nona Aprilis anni milleſimi ſeptinge-
„teſimi expeditas literas decreverit Sa-
„cerdotibus tam ſæcularibus quam Re-
„gularibus non licere Confeſſiones eo-
„rum, a quibus ex Indulto prædictæ
„Bullæ Cruciatæ ad id electi fuerint
„audire, absque præcedenti Approba-
„tione Ordinarii illius loci, in quo
„pœnitentes degunt, & Confeſſores e-
„ligunt, etiam ab Ordinariis aliorum
„locorum ante approbati fuiſſent,
„etiamſi pœnitentes Ordinariis illis,
„confeſſores electos approbaſſent, ſub-
„diti eſſent, necnon confeſſiones aliter
„factas, ac reſpective exceptas, nullas
„fore irritas & invalidas, & confeſſores
„ipſo jure ſuſpenſos eſſe. Nos eamdem
„Conſtitutionem approbantes, confir-
„mantes & innovantes declaramus in-
„per prædictis Sacerdotibus tam Sæcu-
„laribus quam Regularibus ad Confeſſio-
„nes excipiendas: vel ex vi prædictæ
„Bullæ cruciatæ, vel ex quocunque a-
„Privilegio electis ſuffragari minime
„tiam poſſe, quod approbati alias fuerint
„ab Epiſcopo illo, qui aliquando fuerit
„Ordinarius loci, in quo confeſſiones au-
„diendæ ſint, ſed talis tum tempore
„amplius non exiſtat, vel quia ab hu-
„manis exceſſerit, aut epiſcopatui re-
„nun-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„nuntiaverit, vel quia ad aliam Eccle- Sæc. XVIII.
„ſiam auctoritate Apoſtolica translatus A. C. 1723.
„reperiatur, ſed neceſſariam omnino
„eſſe illius, qui actualiter & pro tem-
„pore ordinariam Jurisdictionem in ea
„Diœceſi exerceat, approbationem. Hæc
„tamen ſuffragetur etiam tacita, eaque
„adeſſe cenſeatur quousque præcedens
„licentia, ſive approbatio duret, &
„revocata ab eo non fuerit, in quo
„caſu nova & expreſſa impetranda
„erit, ſi illa præcedenter obtenta, vel
„per temporis adſcripti lapſum expi-
„raverit, vel per poſteriorem revoca-
„tionem ſublata fuiſſet. „

XVIII. Meminerint quoque Regu-
„lares ſe excipere non poſſe confeſſiones
„Monialium, tametſi eorum regimini,
„& gubernio ſubjectæ ſint, niſi ultra
„licentiam ſuorum Prælatorum Regu-
„larium præcedat examen coram Epi-
„ſcopo Diæceſano faciendum, ejusque
„ſpecialis quoad Confeſſiones dictarum
„Monialium approbatio, remota qua-
„cunque contraria conſuetudine etiam
„immemorabili. „

XIX. Cumque ex eodem Concilio
„Tridentino Confeſſor extraordinarius
„bis, aut ter in anno offerri Moniali-
„bus debeat, qui omnium confeſſiones
„audiat, ſi in poſterum Superiores Re-
„gulares quoad Monaſteria ipſis ſubjecta
„toties prædictum extraordinarium con-
„feſſo-

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

„feſſorem deputare neglexerint, vel „etiam ex proprio eodem ordine ſem- „per deputaverint, nec ſaltem ſemel in „anno ad id munus elegerint ſacerdo- „tem aut ſæcularem aut Regularem al- „terius diverſi ordinis Profeſſorem: in „his caſibus Epiſcopi pro ſuo arbitrio „& conſcientia deputationem hujuſ- „modi facere poſſint, nec illa quovis „titulo aut prætextu a Superioribus Re- „gularibus valeat impediri.„

XX. „Epiſcopi inſuper abuſus om- „nes, qui in Eccleſiis aut ſæcularibus „aut Regularibus contra præſcriptum „Cæremonialis Epiſcoporum & Ritua- „lis Romani, & Rubricas Miſſalis „& Breviarii irrepſerint, ſtudeant om- „nino removere. Et, ſi adverſus ea, „quæ in dicto Cæremoniali ſtatuta ſunt, „conſuetudinem etiam immemorabilem „allegari contingat, poſtquam recog- „noverint, aut eam non ſatis proba- „tam, aut etiam probatam non ſuffragari, ſi- „pote irrationabilem, de jure non poſſe, „executioni eorum, quæ in dicto Cæ- „remoniali conſtituta ſunt diligenter „incumbant, nec ulla ſuſpenſiva ap- „pellatio admittatur.„

XXI. „Sedulo pariter curent iidem „Epiſcopi, ut eliminentur abuſus, „qui forſan tam quoad Eccleſiaſticos „ſæculares, quam quoad Regulares

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

„inducti fuerint adverſus Concilii Tri-„dentini Decretum de obſervandis, & „evitandis in celebratione Miſſarum „Seſſ. 22. & contra Regulares, ſi opus „fuerit, procedant ex Apoſtolica de-„legatione in eo decreto ipſis indulta, „poſtpoſita quacunque appellatione ſu-„ſpenſiva, ſed ſolum reſervata in de-„volutivo ſuper quocunque dubio, quod „excitari contigerit, declaratione Con-„gregationis pro tempore exiſtentium „S. R. E. Cardinalium memorati Con-„cilii interpretum. „

XXII. „Cumque circa Miſſarum ce-„lebrationem in privatis Oratoriis, nec-„non circa uſum Altaris geſtatorii a „piæ memor. Clemente Papa XI. „Prædeceſſore etiam Noſtro opportu-„num decretum fuerit promulgatum „die 15. Decembris Anni 1703. Epiſcopi „dent operam, ut omnia ibidem ſtatuta „etiam in Regnis Hiſpaniarum ſerven-„tur, idemque Decretum in ſuis re-„ſpective Diæceſibus, ut facilius om-„nibus innoteſcat, publicari faciant, „addita etiam prohibitione, ne in privatis „Regularium Cellis, ſive cubiculis eri-„gatur altare pro re Sacra ibidem fa-„cienda, & contra quoſcunque contra-„venientes Cenſuris etiam Eccleſiaſticis „procedant, adhibita quoad Regulares „auctoritate Sedis Apoſtolicæ in me-

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

„morato decreto ipſis delegata, remo-
„taque quacunque contraria conſuetu-
„dine etiam immemorabili. Declara-
„mus tamen, quod cum in prædicto
„decreto ſtatuatur, non licere Epiſco-
„pis extra domum propriæ inhabitatio-
„nis in domibus Laicis erigere Altare
„ibique ſacroſanctum Miſſæ ſacrifi-
„cium celebrare, ſive celebrari facere,
„hujusmodi prohibitio intelligenda non
„ſit de domibus etiam Laicis, in qui-
„bus ipſi Epiſcopi forte occaſione vi-
„tationis, vel itineris hoſpitio ex-
„piantur, ut nec etiam quando Epi-
„ſcopi in caſibus a jure permiſſis, vel
„de ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia
„abſentes a domo propriæ ordinariæ
„habitationis, moram idcirco facient
„in aliena domo per modum ſimilis ha-
„bitationis: his enim caſibus licita
„erit erectio Altaris ad effectum præ-
„dictæ celebrationis non ſecus ac in
„domo propriæ ordinariæ habitationis.

XXIII. „Præcipimus quoque accu-
„rate attendi, & adimpleri quæcunque
„alia præſcribuntur in ejusdem gene-
„ralis Synodi Seſſ. 25. de Regularibus
„& Monialibus. Cumque in cap.
„ampliſſime derogetur omnibus con-
„trariis privilegiis ſub quibuscunque for-
„mulis verborum conceptis, ac Mare
„magnum appellatis, etiam in funda-
„tio-

„tione obtentis, necnon Conſtitutioni- Sæc. XVIII. „bus & Regulis etiam juratis, atque A. C. 1723. „etiam conſuetudinibus vel præſcrip- „tionibus etiam immemorabilibus, „ſciant omnes derogationem hujus- „modi non ad ea tantum referri, quæ „in prædicto capite continentur, ſed e- „tiam ad alia, quæ in ſingulis ſupe- „rioribus capitulis ejusdem ſeſſionis „conſtituta ſunt.„

XXIV. „Ad hæc, ut recta in judiciis „ratio ſervetur, præcipimus, quod ubi „in cauſis criminalibus Ordinarii loco- „rum in Regnis Hiſpaniarum proceſſe- „rint ex officio, hoc eſt non ad ullius „querelam, ſive accuſationem, ſi ab „eorumdem ordinariorum ſententiis „Appellatio, & ad Sedis Apoſtolicæ „Nuntium, vel ad Metropolitanos in- „terpoſita fuerit, tunc (ne alioquin, ſi „nullus actoris partes gerat, delinquen- „tes pœnam effugiant) Procuratores „Nuntiaturæ Apoſtolicæ, & reſpective „etiam Curiæ Metropolitanæ inſtantias „aliosque actus deſuper neceſſarios pera- „gant, & proſequantur, ut prædictæ „Ordinariorum ſententiæ juſtam con- „firmationem & executionem obtineant. „Quod ſi dictis Procuratoribus fiſcali- „bus non citatis & inauditis, contra- „rias ſententias in gradu Appellatio- „nis proferri contigerit, iſtæ prorſus „nullæ ſint, ac irritæ cum omnibus

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

„actis & geſtis, nullumque ſortiri de-
„beant effectum, quinimo præcedentes
„Ordinariorum ſententiæ executioni
„mandentur, perinde acſi Appellatio
„ab iis interpoſita nullatenus fuiſſet.

XXV. „Cæterum cum generaliter
„circa appellationes & inhibitiones
„tis proviſum fuerit per Conſtitutionem
„piæ mem. Innocentii Papæ IV. Præ-
„deceſſoris etiam Noſtri in cap.
„*mana*, ac etiam per Decreta Conc
„Tridentini, itemque alia edita
„16. Octobris 1600. a Congregatione
„Negotiis & conſultationibus Epiſc
„porum & Regularium præpoſita,
„a præfato Clemente VIII. Prædeceſ-
„ſore confirmata, ac denique etiam
„alia promulgata tempore Pontificatus
„fel. mem. Urbani Papæ VII. Præ-
„deceſſoris itidem Noſtri die videlicet
„5. Septembris 1626. volumus & man-
„damus, quod quidquid in omnibus
„memoratis Conſtitutionibus & Decre-
„tis ſtatuitur, diligentiſſime per omnes
„iis comprehenſos obſervetur in cauſis
„ad curias Eccleſiaſticas pertinentibus
„in Regnis Hiſpaniarum, quacunque
„conſuetudine etiam immemorabili
„vel quovis Privilegio. aut Stylo
„cedendi etiam quaſdam Inhibitiones
„nuncupatas temporarias penitus ex-
„cluſo. „

XXV

XXVI. „Quo vero ad Judices „conſervatores, & modum ac facultatem procedendi in cauſſis civilibus, quæ ad eorum cognitionem pertinere poſſint, inviolate cuſtodienda „erit Norma præſcripta in Conſtitutionibus fel. rec. Innocentii IV. Alexandri IV. Bonifacii VIII. Gregorii XV. „aliorumque Romanorum Pontificum „Prædeceſſorum Noſtrorum hac de re „editis, necnon in Decretis Concilii „Tridentini ſub pœnis ibidem contentis, „quas præſenti Noſtra Conſtitutione innovamus & confirmamus, hoc etiam „addito, ut iidem Judices Conſervatores, & mandatorum ſuorum executores exhibere debeant Epiſcopis, „aliisque locorum Ordinariis literas „ſuæ Deputationis, quarum vigore „procedere intendant. „ Sæc. XVIII. A. C. 1723.

## §. XVI.

### *Hujus Reformationis ſucceſſus.*

Poſtquam Philippus V. Hiſpaniæ Rex hanc Conſtitutionem Pontificiam receperat, confeſtim illam ad Caſtiliæ Senatum transmiſit, eo fine, ut eam inſpiceret, atque examinaret, utrum nihil Hiſpanicæ Monarchiæ libertatibus, juribusque contrarium in illa contineretur: facta Senatus relatione mox

*Vitæ Card. tom 2. in vita Card. Bellug. pag. 415. Holb. Hiſt. Eccl. t. 4. pag. 275.*

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Philippus Rex propoſitis futuræ re-
mationis articulis ſubſcripſit, juſſit
ut cuncta, quæ in Pontificia Conſti-
tione continentur, ad amuſſin exe-
tioni darentur: Cum autem Eccle-
ſtici Aulicorum favore & patroc
ſuffulti, conquiſitis undique ration
libellis etiam ſupplicibus ſæpiſſime
rectis, omnique ope & opera præ
dire ſatagerent, ne a priſtina viv
ratione ad arctiſſimam Monacho
diſciplinam reſtringerentur, hinc
novo edicto inhibuit, ne quis cu
cunque ſtatus aut dignitatis foret,
gem ejusmodi libellis ſupplicibus
gare præſumeret. Remotis igitur
ſtaculis, Cardinalis Belluga Po
ciam Conſtitutionem non modo in
ſpania ſed & in Indiis ad uſum de
ſtrenue adlaborabat; ubi tamen Jeſ
ſi recentioribus fides eſt Scripto
tam dextere rem agebant, ut hujus B
executionem impediri, aut ſaltem
gius differri procurarent, demum
terveniente Philippi V. ceſſione &
nocentii XIII. obitu, tanti moment
gotium ſegniori, ac par erat, ſt
urgebatur, ejusque Promotori
lugæ Cardinali in immenſi laboris
mium vix aliud reliquum erat
tium, niſi quod propter juſtitiam,
dium & vexationes plurimorum

accerſens, perennaturam a Deo mercedem expectare potuerit. Nihilominus tamen Benedictus XIII. hanc ipſam Innocentii XIII. Conſtitutionem anno ſequenti confirmavit, cunctisque Hiſpaniæ Præſulibus injunxit, ut hæc Statuta exacte ſervari curarent. Sæc.XVIII. A.C. 1723.

## §. XVII.

## *Diſſidium inter Pontificis Nuntium & Pagum Lucernenſem.*

Hoc item anno Lucernenſis Magiſtratus in Helvetia decretum promulgabat, vi cujus inhibitum, ne deinceps, non computatis minoribus expenſis, dotis nomine in Monialium Monaſteria amplius quam octingenti, aut ad ſummum mille & centum floreni inferrentur. Hac lege Dominicus Paſſionei Archiepiſcopus Epheſinus, qui non ita pridem Apoſtolicus apud Helvetios Nuntius eo venerat, immunitatem Eccleſiaſticam violari ratus, acriter ſeſe oppoſuit, & contrario edicto Magiſtratus decretum abolevit: Verum Lucernenſes, cum nullatenus Monialibus ne ampliorem dotem recipere poſſent, ſed duntaxat hanc dare & quidem ad profanum uſum ſeu Filiarum ſuſtentationem Laicis ſubditis ſuis prohiberent, adeo non alienam ju-

*Gottfrid. Hiſt. cont. l. 17. p. 797. Hiſt. Univ. t. 8. p. 571. Hiſt. Eccl. Helvet. t. 4. pag. 274.*

Sæc. XVIII
A. C. 1723

jurisdictionem involaſſe credebant, etiam propriam graviſſime fuiſſe læſam apud Nuntium Apoſtolicum querentur, ſuumque decretum firmum ratumque haberi peterent: Recurrunt inſuper ad Cardinalem Albanum Helvetiæ Protectorem: Hic tamen de tota rei ſerie jamjam edoctus, literis ad Magiſtratum datis petiit, ut decretum ſuum revocarent, eoquod tria hæc Monialium Aſceteria, quæ in Lucernenſi Urbe erant, Sedi Apoſtolicæ immediate eſſent ſubjecta. Id ipſum deinde a Magiſtratu poſtulavit Paſſioneus, anathematis pœnas comminatus, ſi Senatus in ſuo propoſito contumax perſiſteret, ac denique ſummus Pontifex ſub interdicti pœna Monialibus prohibuit, ne Edictum Senatus obſervarent, quod ipſe tanquam contrarium Eccleſiaſticæ liberati & Jurisdictioni irritum eſſe declaraſſet: poſtquam vero Nuntius Lucernenſes a ſua ſententia nec monitis, nec minis amoveri poſſe compererat, excommunicationis literas a Papa obtinuit, præmiſſaque trina commonitione ſacrum Eccleſiæ fulmen vibrare paravit: Hoc comperto Magiſtratus excanduit, ac Nuntio Apoſtolico denuntiavit, quod ſi anathematis literas promulgare præſumeret, eum cum toto ſuo comitatu Lucernenſi lacui imponere, illumque exc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

extra Lucernenſis Pagi fines abducere decreviſſent. Verum hiſce minis parum territus Nuntius, Magiſtratui ſignificari juſſit, ſe excuſſo pulvere de pedibus ſuis ultro Lucernenſi ditione excedere paratum eſſe, nunquam tamen ſuis defuturum partibus, ſed pro muneris ſui ratione immunitatem Eccleſiaſticam ſemper ſartam tectamque ſervaturum: Eadem adhuc die convaſatis omnibus, Pontificiæ excommunicationis diploma affigi juſſit, & Luceria Solodurum conceſſit. Cum autem in hac controverſia Bernenſis Pagus religione Calvinianus conciliatoris partes agere rogaretur, Catholici, ne Calviniani in turbido piſcantes ſuam jurisdictionem extenderent, veriti, Friburgenſis & Solodurenſis Pagorum opem, officiumque implorarunt: Horum vero propoſita componendæ litis conſilia neutri parti rata habebantur, donec Joſephus de Rudolphis Princeps & Abbas S. Galli ſua prudentia, dexteritate, & rationibus validiſſimis mira eloquentia conditis tantum proficeret, ut Magiſtratus ſuum decretum tanquam nullum irritumque declararet, quo facto Papæ Nuntius Luceriam reverſus, viciſſim ſuum edictum, atque anathematis literas revocavit, cunctaque ad priſtinum ſtatum reduxit. Pontifex

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Sæc. XVIII. A. C. 1723

vero Epiſcopo Conſtantienſi injunxit, ut hanc cauſſam examinet, & ſi Moniales nimium quam par eſſet, pro dote peterent, exceſſum moderaretur.

## §. XVIII.

### *Codex Victorianus in Sabaudia receptus.*

*Hiſt. Cont. t. 17. p. 823.*

Jam a pluribus annis Victor Amadæus Sardiniæ Rex Virorum in Jure peritiſſimorum Societatem in Sabaudia erexit, eo fine, ut omnes leges, decreta, & patriæ ſanctiones in unum volumen colligerent. His ergo ſtrenue deſudantibus hoc anno præfata collectio publicam lucem aſpexit, & accedente omnium applauſu in honorem præfati Regis *Codex Victorianus* eſt appellatus, demum vero die quinta Junii maxima ſolemnitate publici juris factus eſt, cunctisque Curiæ Miniſtris ac Magiſtratibus injunctum, ut deinceps hunc Codicem tanquam legem patriam, & in pertractandis cauſſis velut judicii normam ſequerentur. Forte pariter ætas noſtra tot Codices etiam Canonicos, quot Principes recenſere poterit.

§. XIX.

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

## §. XIX.

### *Vani Turcarum conatus atque invaſiones.*

Vita adhuc ſuperſtes erat Zondadarinus ſupremus Melitenſium Equitum Magiſter, dum Turcæ, qui Melitæ captivi hærebant, cum Vezirio de tradenda hac Inſula clandeſtina foverent conſilia: Convenerat inter eos, ut a Sultano lytri nomine pro redimendis omnibus hiſce captivis ingens pecuniarum vis offerretur, claſſis vero numeroſo milite, occultato tamen, inſtructa, quæ captivos repeteret, propius inſulæ admoveretur, & tum Melitenſes Turcæ ſuis complicibus adjuti, armamentarium occuparent, Ordinis Magiſtrum, ceterosque præcipuos Equites interficerent, & dato demum ſigno claſſiarii exſcenſione facta propugnaculum adorirentur: Attamen proditione tempeſtive detecta Turcæ, cum Inſulam vigili milite, omnique ad defenſionem apparatu fortiter roboratam cernerent, infecta re receſſerunt, captivis perfidiæ ſuæ pœnas dare coactis: Nec tamen irritus hic conatus eos abſterruit, quo minus cum valida claſſe mediterraneum mare infeſtum redderent, ac ſæpius Italiæ oris adpeliere molirentur:

*Hiſt. Univ. l. c. p. 870. Hiſt. cont. pag. 822.*

Haud

Sæc. XVIII A. C. 1723.

Haud temere ſuſpicabantur omnes, Turcarum machinationes eo abire, ut facto repente impetu Lauretanam urbem invaderent, Sacramque Domum Theſauro, ipſaque thaumaturga Statua ſpoliarent. Augebatur hæc ſuſpicio ipſa recordatione temerarii non minus ac ſacrilegi auſus, quo Matthias Largallierus, Deo, religioni, ac Cæſari infidus, inito cum Turcis fœdere Lauretum, Romam, atque univerſam Italiam Ottomanico jugo paucos ante annos ſubjugare machinabatur, qui tamen Viennam abductus, & perpetuo carceri mancipatus, ultronea inedia ſceleratæ vitæ ſcenam die decima octava Septembris Anno 1718. clauſit. Pontifex tamen provida circumſpectione ſacrilegis ejusmodi rapinis obviandum ratus, immenſum hunc Theſaurum Romam abduci juſſit, relicta Sacra Imagine, quam ſine Theſauro a Turcis nonniſi gemmis, auro, argentove inhiantibus nunquam profanandam noverat.

## §. XX.

### *Franciæ Præſulum Zelus contra Appellantes.*

*Dorſane Journal t. 2. p. 170.*

Cum Franciæ Epiſcopi Regem, Regnique Regentem unice eo intentum

tum cernerent, ut Clericos duntaxat ex inſano contradicendi ſtudio Conſtitutioni refragantes compeſcerent, multoque labore obtentam concordiam conſervarent, hinc & ipſi refractarios utriusque Cleri Sacerdotes monitis & minis ad ſaniora reducere adlaborabant. Hos inter ſingulari ardore fervebat neo-nominatus Lactorenſis Epiſcopus nomine Beauſortius, qui poſt ſolemnem Regis inaugurationem in ſuam Diœceſin reverſus, non ſine maximo animi ſui mœrore multos interpoſitæ appellationi inſiſtentes reperit. Sexto poſt adventum ſuum die Lateſteum, & Charbonetum ſeniores Eccleſiæ ſuæ Canonicos, aliosque duos Vitalem & Pariſium inviſit, omnesque adhibuit vias, quibus eos ad abjiciendam contumaciam pertrahi poſſe ſperabat: cum vero nil ab eis impetrare poſſet, cenſurarum minas intentabat, quibus tamen ſpretis Pariſius audacter reſpondit, ſe paratum eſſe, potius omnia perpeti, quam ſuam appellationem revocare: Biduo poſt Epiſcopus ob parem contumaciæ culpam Serrium Carmelitani Aſceterii Confeſſarium, pluresque alios, qui vel appellarunt, vel ſuas appellationes innovarunt, ſacrorum uſu excluſit, ſeque ad graviores etiam pœnas refractariis infligendas Regis auctori-

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

ctoritate munitum eſſe Limoſino & Alfaironio Parochis declaravit, quorum tamen poſterior conſtantia ad fanatiſmum degenerante repoſuit; *nec ſua Excellentia, nec quisquam alius me ad rem conſcientiæ dictamini adverſam adigere poterunt, terribiles ſunt Reges terræ, ſed magis terribilis Deus, qui terret Reges.* Paucis poſt diebus Præſul Collegium Cathedrale ingreſſus, ſe Capitali ſtatuta ac jura defenſurum jurabat, habitoque ſermone de Conſtitutionis, utpote ab omnibus receptæ ſacrisque literis & traditioni conſonæ obſervantia pluribus diſſeruit, ſuoque rationum pondere plures, atque inter eos Caſanovam Cleri Syndicum ad eam juxta Epiſcoporum explicationes recipiendam permovit, cunctisque ad Sacros Ordines promovendis, ut formulæ contra Janſenium ſubſcriberent, injunxit, & renitentes Sacerdotio initiari renuit: quatuor vero Eccleſiaſticos magis contumaces ex Regis mandato in exilium detruſit. Pariter Apamienſis Epiſcopus Toloſanum Franciæ Theſaurarium connubio jungere recuſavit, donec Conſtitutionem receperit, & Gratianopolitanus Præſul Sacerdoti cuidam a Parochia, ad quam erat nominatus, excluſit, eoquod Appellantes pro hæreticis & ſchismaticis habere nollet.

Ver-

Verdunenſis quoque Epiſcopus Fabius Bruſſard de Sillery, qui in Conſtitutionis favorem jam tria ediderat mandata, hujus Urbis fidelibus conceſſit, ut ſuos infantes baptizandos, & mortuos ſepeliendos ad quemcunque Parochum deferre poſſent, eoquod præfatæ Urbis Parochus Conſtitutionem pure & ſimpliciter acceptare renueret: Horruit etiam Sarlatenſis Epiſcopus in ædibus Dalemei Abbatis, qui appellaverat, cubare, & Epiſcopus Cenomanenſis Canonicis Appellantibus inhibuit, ne in nocturno Nativitatis Dominicæ officio ad Sacram Cænam accedere præſumerent: Ipſe quoque Rohanius Cardinalis Poitevino Rhemenſi Canonico, eoquod appellationi interjectæ inſiſteret, Sacras veſtes præbui vetuit, & Cardinalis Biſſyus tum Meldis agens, & pro Parocho ad S. Legeri, qui ob ſuam pertinaciam exilio mulctatus ibidem obierat, exequias haberi prohibuit. Treſſanus vero Nannetenſis Epiſcopus Regia auctoritate ex Facultatis gremio omnes Doctores Conſtitutioni refragantes excluſit, cunctaque decreta olim contra Bullam edita aboleri, & tanquam hæreſes ejurari, eosque, qui ſuas appellationes revocarunt, per Cathedralis Eccleſiæ Decanum ſolemni ritu ab excommunicationis vinculo ſolvi Sæc. XVIII. A. C. 1723.

præ-

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

præcepit. Hujus Epiſcopi exemplum Pictavienſis quoque Epiſcopi Coadjutor ſequebatur. Denique Verdunenſis Epiſcopus quarto mandato Conſtitutionem ſolemniſſimo ritu promulgavit, ac ipſemet ex ſuggeſtu ad Clerum & populum dixit, quod hæc Bulla ab omnibus omnino exteris Epiſcopis ſine ulla exceptione tanquam lex dogmatica univerſalis Eccleſiæ ſit recepta, omnesque fideles ſeſe eidem corde & animo ſubjicere interne & ſincere teneantur, ſi in numero verorum fidelium eſſe velint, quodque CI. Propoſitiones in ſe ipſis damnandæ ſint, & ex communi Præſulum conſenſu explicationes fuerint additæ, non ut Bulla in omnibus propoſitionibus damnatis æquiſſima reſtringatur, ſed ne verus illius ſenſus depravari valeat, proin hæ explicationes pro ipſa Bulla neceſſariæ non fuerint, ſed pro populo, eoquod malevoli quidam populum decipere, eique perſuadere poſſent, quod veritates per Bullam fuerint damnatæ. Denique conclufit Epiſcopus, quod hujus Bullæ obſervantiam non minus cordi habeat, quam ceteras omnes Eccleſiæ Univerſalis definitiones, proin nulli parciturus ſit labori, ut plena & ſincera eidem ſubmiſſio ab omnibus deferatur: Paſtoralem quoque Præſulum Inſtructionem

Ann

Anno 1714. & explicationes An. 1720. editas utpote ad intelligendam Bullam perutiles ſæpius relegi rogabat. Hoc Epiſcopi ſui mandatum omnes Canonici ſumma animi promptitudine receperunt. Ejusdem ferme tenoris erat Franciſci Camilly Archiepiſcopi Touronienſis mandatum die vigeſima Augusti editum, cui, cum quatuor Canonici reſiſterent, exilio mulctati ſunt, ipſe vero Archiepiſcopus appellantes a Sacramento Confirmationis & Ordinis excluſit. Non minore Zelo Ludovicus Gaſton de Fleurieau Conſtitutionis uſum urgebat, duos enim Canonicos, qui Beneficiis Eccleſiaſticis proviſi erant, ab eis excluſit, eoquod Bullam deſuper interrogati recipere nollent, ambo quidem a Noaillio Cardinale, ad quem confugerant, beneficiorum poſſeſſionem obtinebant, poſtquam declaraverant, quod ſeſe Conſtitutioni, prout ab Epiſcopali Ordine recepta eſt, ſubjicerent. Aſt dum ſua beneficia repetere parant, Regiis literis prohibentur, ne eorum poſſeſſionem adirent.

Sæc. XVIII. A. C. 1723

## §. XXI.

### *Quorumdam Franciæ Præſulum libelli S. Inquiſitionis decreto damnati.*

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

*Argentre ſuppl. t. 3. pag. 608. Dorſane l. c. p. 173.*

Anno priori Carolus Gabriel de Cay-
lus Antiſſiodorenſis Epiſcopus ſine
nomine Impreſſoris, & ſine loco impreſ-
ſionis edidit: *Epiſtolam ad Sueſſionenſem
Epiſcopum occaſione eorum, quæ hic
ipſo dixerat in prima epiſtola ad Bolonien-
ſem Epiſcopum.* Sub idem tempus Ru-
thenenſis Epiſcopus edita *inſtructione
Paſtorali damnavit tractatum de actibus hu-
manis dictatum in Ruthenenſi Collegio
P. Cabreſpineo Jeſuita:* Hanc inſtru-
ctionem Epiſcopus apud Le Roue Re-
gium Typographum Ruthenæ impri-
curavit. Tertio demum Francis-
Armandus de Lotharingia Bajocen-
Epiſcopus literis Baptiſtæ Lepine e-
cudi juſſit ſuum Mandatum contin-
ſententiam contra varias propoſitiones
Pariſiis apud ipſum denuntiatas latam.
Verum omnes hi libelli, & pri-
quidem *uti ſpiritu ſchismatico & hære-
plenus*, alter *uti continens nonnullas
niones & doctrinas temerarias, ſuſpe-
Sedi Apoſtolicæ injurioſas, damnati-
error[illegible]us faventes*, ac tertius dem-
eadem omnino cenſura notati ſunt,
dito die decima quarta Julii Ro-
ſacræ Inquiſitionis decreto ſequenti
„Sacra Congregatio Eminentiſſimo-
„rum & Reverendiſſimorum Domino-
„rum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardi-
„nalium in tota Republica Chriſtia-

„gen-

Sæc.XVIII. A. C. 1723.

„generalium Inquiſitorum habita in con-„ventu ſanctæ Mariæ ſuper Minervam. „Auditis prius Cenſuris plurium in-„ſignium in ſancta Theologia Magiſtro-„rum & ejusdem Congregationis Qua-„lificatorum ad examen infra ſcripto-„rum libellorum Gallico idiomate edi-„torum ſpecialiter deputatorum, ipſis-„que Cenſuris ſanctiſſimo Domino No-„ſtro Innocentio Papæ XIII. relatis, „una cum eorumdem Dominorum Car-„dinalium votis, de mandato Sancti-„tatis ſuæ ſequentes libellos modo in-„fra ſcripto prohibet & damnat.„

Poſtea recenſitis hiſce libellis eorumque cenſuris hæc ſequuntur:

„Eadem Sacra Congregatio decla-„rat per præſens Decretum prohibi-„tionis ſecundi & tertii ex enuntiatis „libellis non approbare nec reprobare „Propoſitiones in eis damnatas, ſed ſu-„per illis cognitionem & Judicium qua-„tenus opus fuerit, ſibi reſervare.

„Hos itaque libellos ſic prohibitos „& damnatos per idem decretum, ea-„dem Sacra Congregatio, de Mandato „(ut ſupra) vetat, ne quis cujuscun-„que ſtatus, & conditionis quocunque „loco, idiomate & verſione impreſſos „vel imprimendos audeat ullo modo & „ſub quocunque prætextu iterum im-„primere vel imprimi facere, neque

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

„impreſſos apud ſe retinere, & lege
„licite valeat, ſed ipſos Ordinariis
„corum aut hæreticæ pravitatis Inqui-
„ſitoribus ſtatim & cum effectu tradere
„& conſignare teneatur ſub pœnis
„Indice librorum prohibitorum con-
„tentis.„

Hoc S. Officii decretum Jeſuitæ p
nis manibus in Ruthena & Tholoſ
Diæceſi diſſeminabant, vehementer
dignante Tholoſano Procuratore Reg
qui hoc decretum in Parlamento
primi petens, inter alia ſic effatus e
Ruthenenſis Epiſcopus omnes chari
tis vias, incaſſum tamen, tentavit,
Patrem Cabreſpineum ad retractan
ſuos errores inducere poſſet, nunc v
hic Præſul ſuum mandatum, quod
moralis doctrinæ puritatem in ſuo gr
conſervandam edidit, proſcribi,
ſine maximo animi ſui mærore cer
cogitur. Nec auditus nec citatus
Tribunali nequidem competente d
natur. De rebus Doctrinæ & fide
dicare Franciæ Epiſcopis & Provin
Concilio competit, hoc tamen jus E
ſcopo demitur, & ſoli Inquiſitioni
ſervatur &c.„ Procurator vero P
ſienſis, hoc decretum veris Princi
& libertatibus Gallicanis manifeſte c
trarium eſſe pronuntiabat. Die ig
vigeſima tertia Auguſti idem S. Offi
de

decretum a Parlamento Tholoſano ſupprimitur, typis vulgato edicto, cui præfigebatur hic titulus: *Sententia, qua quodaam Inquiſitionis decretum annullatur.* Ipſe etiam Epiſcopus hanc Parlamenti ſententiam Ruthenæ apud Epiſcopalem Typographum imprimi curavit. Attamen Rex temerarium Toloſani Procuratoris auſum verbis atrocibus caſtigavit, & Regium Conſcientiæ Conſilium literis amaritudine plenis Epiſcopum reprehendit, cunctaque exemplaria retrahi juſſit, Typographo autem Rutheno Rex omnia ejus bona ſequeſtro addixit, eumque cunctis privilegiis privavit. Sæc.XVIII. A.C. 1723.

## §. XXII.

### *Provincialia Cleri Gallicani comitia.*

Habebantur pro more Provincialia Cleri Gallicani comitia, ac præ primis ad ea, quæ Nemauſii fuere celebrata, omnes Provinciæ Epiſcopi, atque inter eos etiam Montpeſſulanus, intereſſe a Rege jubebantur, paulopoſt tamen cunctis Epiſcopis, ne Appellantes ad comitia deputarent, a Rege inhibitum: ipſimet quoque Montpeſſulano inſinuatum, conſultius fore, ſi nec ipſe ad comitia veniret, nec ullum ex ſuis Vicariis Generalibus, vel alium, qui ap- *Dorſan. l. 6. pag. 151. Lettre du tres R. P. H. de S. Marie C. D. 1724.*

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

pellaſſet, eo mitteret. Hic tamen Præ-
ſul Patronorum importunitate tantum
effecit, ut ad Conventum venire per-
mitteretur. Verum Nemauſenſis Epi-
ſcopus, etſi a Narbonnenſi Epiſcop
impenſe rogaretur, Miſſæ de Spiri
ſancto intereſſe recuſabat, eoqu
Montpeſſulanum acceſſiſſe noſſet. Re
ferunt, hoc in Conventu potiſſimum
fuiſſe actum, ut hic idem Epiſcop
exauctoraretur: id omnino certum e
quod Rex hanc in rem a ſummo Po
tifice Bullam obtinere ſollicitarit,
reipſa Romæ ſpecialis deſuper hab
fuerit Congregatio: Habebantur q
que Rhemis ejusmodi comitia, ad q
Petrus de Langle Bolonienſis Epiſcop
ſuum deputabat Vicarium, qui tam
a ceteris Præſulibus rejectus eſt: Tu
vero Sylvanectenſi Epiſcopo & S. He
minæ Abbati, qui ad generalia Cl
comitia fuere ablegati, injunctum,
obtinere niterentur, quatenus cau
Epiſcopi Bolonienſis in Concilio Pr
vinciali dijudicari poſſet. Haud
ſimilis cauſſa agebatur in Rothomag
ſibus comitiis, in quibus Joannes N
mandius Ebroicenſis Epiſcopus die
geſima prima Aprilis querelas a Di
ceſanis contra Bajocenſem Epiſcop
delatas diſcuti, ardentius petiit, p
acres tamen verborum altercatio
tu

tum nihil omnino concluſum eſt: Die autem trigeſima ejuſdem Menſis maturius de eodem negotio agebatur, & Jeſuitæ pridie ſingulos Vicarios Generales adibant, rogantes, quatenus omnes proximæ intereſſent Seſſioni, eoquod ſummi momenti occurrerent negotia, quæ contra Bajocenſis mandatum & doctrinam proponenda eſſent: Enimvero præfata die hiſce Vicariis offerebatur nomine Patris de Genes Jeſuitæ ſcriptum, in quo a præfati Epiſcopi mandato appellabat, eoquod illud perverſam contineret doctrinam, indeque grave in Eccleſia ſcandalum fuiſſet exortum: interjectæ etiam hujus appellationis teſtimonium petebat præfatus Pater: Re in deliberationem vocata, ex Vicariis ſenior ait, ſibi videri, quod prius de alia re majoris momenti agendum eſſet, nequidem enim ſat certum eſſe, an ſuum Suffraganeum perſonaliter judicandi poteſtas Metropolitano competat, minus ergo Vicario Generali Sede vacante id licere: aliunde vero Patrem Genes eſſe ex Regulari familia, proin illum hoc ſcriptum offerre haud potuiſſe ſine ſuorum Superiorum licentia, hanc ergo rem usque ad octiduum eſſe differendam: Alter vero Vicarius Generalis nomine Robinetus cenſebat, hanc quæſtionem non

Sæc. XVIII. A. C. 1723

adeo eſſe urgentem, cum Pater Ge… nil niſi appellationis ſuæ teſtimonium petiiſſet, illud ergo eidem dari, nec… vero deciſionem ad Archiepiſcopum proxime eligendum remitti poſſe. Ve… rum ceteri Præſules priori ſententiæ acceſſerunt, & ex Cadomenſi Aſcete… duas Moniales, quæ Bajocenſi Epi… ſcopo pertinacius adhærebant, Regis juſſu Rhedones in Britania relegarunt. Ipſe etiam Rex per Vrillierium ſuum Miniſtrum acerbiſſimas dedit literas, in quibus Epiſcopo exprobrabat, quod Hæretico ſimilior Catholicos infectaretur, totamque ſuam Diæceſin ſusdeque verteret, immemor eorum, quæ ejus Majores pro fide Catholica egiſſent &c. Ad has literas Epiſcopus die tertia Maij reſpondit, graviter apud hunc Miniſtrum queſtus, quod contra omnia jura inauditus damnaretur, nec ei ulla ex querelis contra ſe delatis fuiſſet manifeſtata, quamvis id ſæpius petiiſſet &c.

Præterea in iisdem comitiis Epiſcopalis Promotor querebatur, quod ferme omnes hujus Diæceſis Concionatores, & Confeſſarii a Conſtitutione appellaſſent, omnes ergo, qui ab anno 1720. appellaſſent, aut appellationi factæ inſiſterent, ab hoc miniſterio excludi, Parochis vero, ne extra ſua…

Par…

Parochias poteſtatem ſibi arrogarent, interdici poſtulavit: Ad hæc ex Vicariis Generalibus antiquior petiit, ut præprimis in rei veritatem inquireretur; tam copioſum enim Appellantium eſſe numerum, ſibi haud videri: ſi tamen eſſet, & hi a Sacro miniſterio arcerentur, populo doctrinæ Chriſtianæ inſtitutio & Sacramentorum uſus ſubtraheretur: mox vero Robinetus Vrillieri Miniſtri epiſtolam prælegit, in qua ſcriptum, quod Rex in hac Diæceſi maximum Appellantium numerum eſſe edoctus, declarationem ſuam Anni 1720. ad effectum deduci peteret: His auditis congregati decrevere, reſcribendum eſſe huic Miniſtro, ſibi haud videri Appellantium frequentiam eſſe tantam, ſe tamen exacte in eos inquirere, eſſe paratos: Poſtquam vero Pater Genes apud Regium conſcientiæ Senatum querebatur, quod Rothomagenſes Vicarii Generales ejus appellationem rejeciſſent, mox Rex per Vrillierum Miniſtrum ſuum die vigeſima ſeptima Julii ad Robinetum hæc reſcribi juſſit: Poſtquam Rex per conſcientiæ „Senatum compererat, quod Rothomagenſes Vicarii appellationem a P. „Genes Jeſuita interpoſitam contra Bajocenſis Epiſcopi decretum, quo præfati Patris doctrinam proſcripſit, re-

Sæc. XVIII. A.C. 1723.

Sæc. XVIII
A. C. 1723.

„cipere recuſarint, ſub obtentu, quod
„hæc appellatio alleget hujus Epiſcopi
„decretum & doctrinam ibi contentam,
„ejusmodi autem cauſſam cognoſcere
„ſoli competat Archiepiſcopo, Rex
„mihi in mandatis dedit, ut Tibi ſigni-
„ficarem, Regem velle, ut huic Parti
„interpoſitæ appellationis teſtimonium
„detur, eique integrum ſit, jus ſuum
„coram Archiepiſcopo, quamprimum
„hic ſui Archiepiſcopatus poſſeſſionem
„acceperit, proſequi &c.„ Hæc ubi
audierat Franciſcus de Lotharingia Ba-
jocenſis Epiſcopus, cum adhuc funeſta
magis ſibi impendere timeret, literas
ad Cardinalem du Bois die ſexta Au-
guſti dedit, in quibus vexationis ſibi
illatæ hiſtoriam ab ovo usque ad mala
recenſuit: eam inde ortam eſſe ajebat,
quod ipſe, poſtquam P. Genes Jeſuita
frequenter plures propoſitiones, quas
Cadomenſis Univerſitatis Profeſſoribus
attribuit, hæreſeos inſimularit, man-
datum ſeu epiſtolam Paſtoralem in ſua
Diæceſi promulgare conſultum cenſue-
rit, ipſius autem Adverſarii nil inten-
tatum inauſumque reliquerint, ut Epi-
ſcopos eo inducerent, ut hanc epiſto-
lam publicis ſcriptis damnarent: cum
autem res pro voto non ſuccederet,
idem Jeſuita libello Vicariis Rothoma-
genſibus porrecto ſe contra hoc man-
datum

datum appellare declararit, efflagitans, ut Bajocenſis Epiſcopus coram eorum Tribunali ſeſe ſiſtere cogeretur: his vero id facere recuſantibus, Jeſuita alio libello petierit, ut unum ex Profeſſoribus, quos accuſaſſet, ac demum ceteros omnes in jus vocare permitteretur: Vicarii autem, cum ipſum Epiſcopum per latus peti cernerent, reſponderint, priusquam rem decernerent, Jeſuita ſe ad hoc Superiorum ſuorum auctoritate munitum eſſe, comprobatum redderet: Id in re tanti momenti neceſſarium foret; haud enim auditum eſſet, quod tanquam pars litigans admittatur ille, qui *capite minutus* vocatur, quales ſunt omnes Religioſi & præcipue Jeſuitæ, quibus ſine ſui Generalis auctoritate etiam minoris momenti negotia pertractare, ſeveriſſime interdictum eſſet. Eapropter hæc agendi ratio, quam hi Vicarii tenuiſſent, a Parlamento, & Urbe Rothomagenſi fuerit approbata, ſolus tamen Jeſuita contra eam ad Eccleſiaſticum Conſilium, quicquid ei in mentem venerat, exponens recurrerit, juxta cujus expoſita Vrillierus Robineto Jeſuitis addictiſſimo præfatam transmiſerit epiſtolam: Si autem, addebat Epiſcopus, veſtra Eminentia Vicariorum reſponſum cum hac epiſtola conferre dignabitur, Conſilium Eccleſiaſti-

Sæc. XVIII.
A. C. 1723

ſiaſticum fuiſſe deceptum, mox depre-
„hendet, doctrinam meam diſcuti haud
„timeo, non enim alia eſt, quam do-
„ctrina Cleri Gallicani, in qua enutri-
„tus ſum, quæ autem ex ejusmodi au-
„non ſine dedecore totius Epiſcopa-
„Ordinis ſequentur, me terrent: im-
„pugnent me, ſed juxta Regulas, m-
„hique permittatur, ut me ſecundum
„Canones defendere queam, cum e-
„non gratiam, ſed juſtitiam fieri p-
„tam, ſpero me id a ſua Eminentia æ-
„quitatis ſtudioſiſſima obtenturum.
Verum hic Cardinalis, priusquam h-
jus Epiſcopi votis ſatisfacere poſſe-
fatis functus eſt. Anno autem ſequen-
Bajocenſis mandatum, tanquam pro-
poſitiones declarationi Regiæ Ann-
1720. contrarias & tendentes ad vin-
dicandas appellationes continens p-
Regii Senatus decretum die quart-
Septembris fuit proſcriptum, juſſuq-
Regis dilaceratum.

Denique die vigeſima quinta M-
pro more Pariſiis Præſide Cardinale D-
Bois Generalia Cleri comitia habeba-
tur, ad quorum initium Carolus d-
Vintimillia Aquenſis Archieiſcopu-
habito ſermone Regem exorabat, -
Eccleſiæ Rebelles conterrere vell-
poſtea Carolus Franciſcus Merinvil-
Carnotenſis Epiſcopus unanimi ſuffrag-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

in Deputatum primi Ordinis & in ſecundi Ordinis Deputatum Abbas Normantius eligebantur. In altera Seſſione Præſules quibusdam congiaria quotannis a Clero dari ſolita ademerunt, aliis adjudicarunt. Die vigeſima quarta Julii Auvergnius Vienneuſis aliique Epiſcopi querebantur, quod ex Epiſcopis nonnulli beneficia & Canonicatus Eccleſiaſticis contulerint, quin de vita & moribus & formulæ ſubſcriptione literas teſtes ab eis exegiſſent: alii vero beneficia, quæ nequidem intra eorum Diæceſes erant, contuliſſent. Eapropter inhibitum, ne *ulla ex cauſſa vel obtentu* ejusmodi collationes fierent, Matiſcanus vero Epiſcopus deſuper a Cabillonenſi accuſatus, voce activa & paſſiva in comitiis Generalibus vel Provincialibus ferenda privabatur. Rebus aliis pluribus diſcuſſis Præſules die vigeſima ſecunda Auguſti Regi ſcriptotenus novemdecim articulos obtulerunt, ex quibus præcipui erant quatuor; in primo enim amare deflebant miſerum Eccleſiæ Gallicanæ ſtatum, eoquod per plures annos Epiſcopi inter ſe diviſi, Hierarchia fæde turbata, legesque ſubordinationis debitæ omnino violatæ eſſent. Eapropter Regi ſupplicabant, ut Concilia Provincialia, tanquam unicum his malis remedium, celebrari per-

Sæc.XVIII.
A.C. 1723.

permittere dignaretur. In ſecundo a Rege petebant, ut Conſtitutiones In-nocentii X. Alexandri VII. & Bullam *Vineam Domini*, & illam *Unigenitus* in Eccleſia & Regno tanquam fidei Regu-lam acceptari juberet, proin Parla-mentis, aliisque Regni curiis prohibe-ret, ut nec appellantes nec excluſi a beneficiis per ſuos Epiſcopos reci-pere auderent. In tertio Regem roga-bant, ut injuriam Clero Gallicano per tot Parlamentorum decreta illatam vin-dicare velit, cum ea nonniſi ad aucto-ritatem Eccleſiaſticam funditus ever-tendam & ſacrata Epiſcopatus jura vio-landa colliment, præcipue cum ejuſ-modi decreta fuerint edita urgentibus Advocatis & Procuratoribus, qui do-ctrinam ab Epiſcopis ſuo gregi propi-natam novis, perverſisque doctrinis & propoſitionibus temerariis, falſis, & erroneis impugnare ſolent. In quarto denique petebant erigi Tribunal non ſuſpectum, in quo illi, qui a præfatis Conſtitutionibus Pontificiis tanquam ab *abuſu* appellant, audiantur. Juxta hos articulos Rex declarationem fecit un-decim articulis comprehenſam, quam Regio Procuratori tradidit. Ceterum Clerus Gallicanus in ſuis comitiis Pa-tri Honorato a S. Maria Carmelitæ Dis-calceato annuum congiarium aſſignavit

ut ſuam erga hunc Virum de Eccleſia adeo bene meritum gratitudinem teſtaretur, & ipſius præclara compenſaret obſequia, quæ doctiſſimis ſuis lucubrationibus contra Janſeniſtas editis Eccleſiæ Gallicanæ imo & univerſæ præſtitit.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

## §. XXIII.

### *Cardinalis Biſſy Inſtructio Paſtoralis ab ipſomet Rege defenſa.*

Cum præter denuntiationem & conſultationem inſuper alius quidam Inſtructionem Paſtoralem Cardinalis de Biſſy venali, mordacique calamo inſectatus, *epiſtolam cujusdam Theologi ad Cardinalem de Biſſy* in vulgus ſparſiſſet, inde graviter offenſus Cardinalis die undecima Maij querelas ſuas ad Conſilium Eccleſiaſticum detulit, & conſcientia recti tutus præſente Aurelianenſi Duce ſermonem habuit, in quo quatuor Doctores, qui ejus Inſtructionem diſcuterent, nominari petiit. Horum judicium eo abibat, Cardinali a Denuntiationis Auctore multa attribui, quæ tamen nunquam ſcripſiſſet, utrumque vero libellum tanquam calumniis tumidum eſſe damnandum. Eapropter Rex die vigeſima tertia Maij edito ſequenti Regii Senatus decreto cunctos hoſce libellos damnavit.

*Decret. Reg. Conſil. Doctr. de ſup. Pont. poteſt. tom. I. pag. 154.*

„Cum

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

„Cum Regis ad notitiam perve-
„ſet in vulgus diſſeminari ſcripta d
„anonyma, quorum uni titulus e
*Delatio Paſtoralis Inſtructionis D. Car-
nalis de Biſſy, ſummo Regiarum cau-
rum Procuratori facta.* Alteri *Burd-
lenſis Advocati conſultatio ſuper dictam
lationem*, quibus in ſcriptis hic Car-
„nalis in crimen vocatur, quod in p
„ribus dictæ inſtructionis locis ſacro-
„ria Regni jura profligaverit ac p
„cita libertatibus Eccleſiæ Gallica
„contraria tradiderit. E re eſſe ju
„cavit Regia Majeſtas de negotio t
„gravi per ſe ſemetipſam cognoſce
„Hanc ob cauſſam plures tam e Cler
„tam e ſuo Conſilio viros perſpica
„mos ſelegit, ut examinatis cum o
„cura & attentione neceſſaria prædi
„duobus ſcriptis, ſimul & perlecto p
„fato Paſtorali documento, ſuam
„iis relationem ac opinionem ſuæ M
„jeſtati proponerent, quibus qui
„partibus implendis poſtquam pl
„Seſſiones inſumpſerunt, mentem ſ
„apperuerunt Regi, non tantum c
„ea capita, quæ in præfatis duo
„ſcriptis objiciebantur, ſed etiam c
„doctrinam in prædicto Paſtorali do
„mento contentam, quantum videli
„ad Regni Jura & libertates atti
„ex quibus quidem ſuffragiis in Re
„ca

„Conſilio relatis, compertum Rex habuit, prædicta duo ſcripta, nonniſi calumniarum ac mendaciorum eſſe contextum necnon invectionum in memoratum non modo Cardinalem ſed „etiam in Sedem Apoſtolicam & in „Epiſcopatus ordinem, quæ apud novas in Eccleſia ac Regno Gallicano turbas concitandas unice tendunt. Compertum pariter habuit, quod nedum „dicta Paſtoralis Inſtructio quidquam „contineat, quod intentatis a duobus „ſcriptis in eam accuſationibus vel leviſſimum ſuppeditare potuerit fundamentum, eam e contra ſæpius ac clariſſime placitis, quæ Regni Juribus ac „Eccleſiæ Gallicanæ libertatibus maxime ſunt conſentanea, ſuffragari, unde „Rex talium libellorum abuſum & licentiam retundere volens, ſimulque, „debitum prædictæ D. Cardinalis de „Biſſy inſtructioni teſtimonium reddere, audita relatione, atque omnibus expenſis, ſua Majeſtas ſedens pro „tribunali damnavit, & damnat prædicta duo anonyma, quorum uni titulus: *Delatio Paſtoralis Inſtructionis D. Cardinalis de Biſſy, ſummo Regiarum cauſſarum Procuratori facta.* Alteri: *Burdigalenſis Advocati conſultatio ſuper dictam Delationem,* tanquam libellos probroſos, calumnioſos, ac invectionibus

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

„refertos, quæ perſonæ D. Cardinalis „de Byſſii atque etiam Apoſtolicæ Sedi „ac Ordini Epiſcopali Contumelioſi „ſint, factioſos, ad rebellionem con„ducentes.„

Incaſſum Pariſini Senatus Patres adverſus hoc Regis Decretum, quod *ſcandaloſum* appellitabant, reclamarunt; unde Cardinalis de Biſſy de ſuis hoſtibus triumphum veritatis reportans, decretum maximo numero in Pariſina Urbe diſtribui curavit, & Bituricenſes Jeſuitæ Cardinalis doctrinæ inſiſtentes, eodem anno has propugnarunt theſes.

„Propoſitiones Quesnelianas merito proſcripſit Clemens XI. in dogmatica *Conſtitutione Unigenitus*, quam & univerſa acceptavit Eccleſia & Rex Chriſtianiſſimus in toto Galliæ Regno inviolabiliter obſervari præcepit: adverſus memoratæ Conſtitutionis hoſtes ſtatuimus.

I. Illam eſſe Canonicam & Orthodoxam ex omni parte.

II. Claram eſſe & intellectu facilem iis omnibus, qui & rei ſubjectæ periti ſunt, & nullis laborant præjudiciis.

III. Habendam eſſe pro definitione totius Eccleſiæ.

IV. Vim obtinere Judicii, non Oeconomici duntaxat, ſed vere dogmatici, cui firmiſſimus debetur aſſenſus.

V. ...

V. Qui eidem negant interius mentis obſequium, merito videri ſuſpectæ fidei, & ipſimet Eccleſiæ reluctari.

In iis autem quinque capitibus aſtruendis & defendendis, nihil omnino proferimus, quod libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ non conſonet, quidquid in contrarium garrierint homines quidam aut malevoli, aut male creduli. Probationes enim omnes, omnes Reſponſiones hauſimus ex Noviſſimo Eminentiſſimi Cardinalis de Byſſii Paſtorali documento, quod Rex Chriſtianiſſimus in edicto die 23. Maij Anno lato 1723. a ſcriptorum quorumdam anonimorum calumniis vindicavit. „

## §. XXIV.

### *Franciæ Regis mandata ad Regulares in Conſtitutionis cauſſa.*

Menſe Martio Galliarum Rex tria mandata ad Dionyſium San-Marthanum ſupremum Congregationis Benedictinæ ſancti Mauri Præpoſitum tranſmiſit, quorum primo eidem injunctum, ut encyclicis literis toti Congregationi ſignificaret, nullum Religioſum, qui poſt declarationem Anni 1720. appellaverit, ad comitia generalia mitti poſſe. II. Monachos Fecampenſes, qui non ita pridem a Con- *Dorſan. l. c. pag. 148.*

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

ſtitutione appellarunt, ad varia mona-
ſteria eſſe amandandos. III. Procura-
tori Monaſterii S. Germani de Prat.
permittendum, ut ad ſuum beneficium
ſumptibus Congregationis ſeſe recipere
valeat. Idem quoque præcipiebatur
Benedictinis Congregationis S. Vitoni
& Hidulphi, qui etiam formulæ ſub-
ſcribere jubebantur. Eo etiam tem-
pore, quo Patres Congregationis Do-
ctrinæ Chriſtianæ ſua comitia celebra-
parabant, Rex Bignonio Pariſinæ U-
bis Præfecto die vigeſima Maij injunx-
ut Regis nomine horum comitiis inter-
eſſet, cunctoſque ibidem congregat-
ad ſubſcribendam formulam adigere:
quocirca quatuor, qui ſuas appellatio-
nes innovabant, excluſis, R. P. Gri-
ſonius plurimorum ſuffragiis in Gener-
lem Præpoſitum electus eſt. Habe-
bant etiam PP. Prædicatores Trecis ſu-
comitia, quibus injunctum, ut in ...
ctorem Conventus Pariſini nullum e...
Appellantibus eligerent, & Patrib...
Carmelitis in foro Maubertino pro e...
gendo Provinciali congregatis Vrill...
rus literas ſubmiſit, quibus ſignific...
tum, Regem velle, cunctos Appella...
tes voce paſſiva excludi. Pridie an...
comitia Carmelitæ ſcriptam Bullæ ...
ceptationem ad Cardinalem du B...
transmiſere, ab eodem ratihabitam

Expo...

Saec. XVIII. A. C. 1723.

Eapropter PP. Latenaius & Louberus coram ſuo P. Provinciali declarabant, ſe vi Regiæ epiſtolæ non poſſe excludi, eoquod ſuam acceptationem Cardinali & Patri Priori monſtraſſent, ab utroque approbatam: cum autem hi Patres ſuæ acceptationi hæc verba inſeruiſſent: *conformiter ad explicationes in Corpore doctrinæ contentas*, hæc reſtrictio Patribus congregatis ſuſpicionem moverat, quocirca, ut tutiori incederent via, conſultum cenſebant, ut ad Rhemenſium, Aurelianenſium &c. Canonicorum imitationem acceptationis forma conficeretur, cui omnes ſubſcribere tenerentur: Verum huic conſilio ſeſe opponebant Latenaius, & Louberus, cauſſati, id Pariſiis nunquam fuiſſe attentatum, novasque inde turbas eſſe timendas: Altera die his Patribus tradebatur ejusmodi forma, in qua profitebantur ceteri, *ſe Conſtitutionem pure & ſimpliciter ſine ulla reſtrictione vel Explicatione acceptare.* His vero ſe duntaxat ſuæ acceptationi a Cardinale approbatæ inſiſtere reponentibus, Prior eis injunxit, ut hanc ſuam declarationem Capituli libro inſcriberent: Annuere ambo, ita tamen, ut duntaxat hæc verba apponerentur: *Hiſtorico modo Patres noſtri dixerunt, ſe reverenter ac ſincero animo Conſtitutionem Apoſtolicam* Unigeni-

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

genitus *olim acceptaſſe, eamque rur*
*palam acceptare, eo prorſus modo, & n*
*aliter, quo eam acceptare nuntiaveru*
*Eminentiſſimo Cardinali du Bois.* Ex h
declaratione hæc verba, *& non ali*
expungere juſſi ſunt, quo facto cet
omnes ſincero animo juxta Inſtructi
nem Cardinalis de Biſſy Conſtitutio
adhæſere:

Præterea illi Carthuſiani, qui
creto de acceptanda Conſtitutione
opponebant, ad varia relegati fu
monaſteria, Sacramentorum uſu priva
qui tamen Pariſios delati, ab hoc D
creto ad Parlamentum appellarunt,
tamen comperto Rex præfatum dec
tum omnino executioni dandum p
cepit, totamque cauſſam ad ſuum T
bunal evocavit, illi vero Religioſi,
ſeſe Regis quidem præceptum, non a
tem Conſtitutionem acceptare, per
nacius declarabant, voce activa & p
ſiva privati, ſedes poſt Novitios oc
pare jubebantur, ut tandem ſuis Su
rioribus obedire addiſcant.

Die etiam decima quarta Septe
bris Patres Oratorii Pariſiis pro m
ſua celebrabant comitia, ad quæ
genſonius Pariſinæ Urbis Curator R
gis nomine acceſſerat, congregatis
declarabat, Regem præcipere, ut
quadraginta quinque Deputatis q
ta

tuordecim, quorum nomina cuidam chartæ typis impreſſa legebantur, a comitiis excluderentur: Ad hæc ſupremus Congregationis Præpoſitus, hos ad comitia non acceſſiſſe, reſpondit, moxque habito ſermone congregatos hortatus eſt, ut Eccleſiæ & ſacræ ſuæ Majeſtati luculentum ſuæ ſubjectionis teſtimonium reddituri, ſeſe fidei definitionibus ſubjicerent, & Eccleſiæ judicio circa ſenſum Janſeniani libri & V. Propoſitionum inde extractarum in ſenſu proprio & obvio damnati aquieſcerent, hancque in rem unaomnes Formulæ ſubſcriberent. Non ſine ſumma Regii Commiſſarii admiratione unaomnes ſua appoſuere nomina. Veſpere autem Pater de Vence Maglovienſis Patri Touronio Conſultori libellum a quatuordecim Appellantibus nuper excluſis ſubſcriptum tradidit, cui tamen Touronius reſpondit, eos non a Capitulo, ſed a Rege fuiſſe excluſos, ad hunc ergo non ad illud recurrerent: poſtea Generalis ceterique Superiores ad hos epiſtolam transmiſere, in qua eis indicabant rationes, ob quas (ſalvo Congregationis, eorumque honore) illorum libellus Congregatis palam exhiberi haud poſſet. In altera Seſſione Argenſonius Regis juſſu declarabat, ab electione arcendos eſſe illos, qui ſuas ap-

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

pellationes poſt declarationem Ann. 1720. innovaſſent. Electis ergo ... Majoribus Congregationis Superioribus ac decantato Sacro pro defunctis, hu-jus capituli acta relegebantur, quibus abſolutis Regius Commiſſarius ſubju-xit, Regem velle, formulam non ... a Capituli Patribus, ſed a tota Con-gregatione ſignari, potius tamen ... num, quam auctoritatis vi rem effi-gendam, idque totum Zelo & pruden- Patris Generalis relinqui, de cetero ... tem decretum in poſtremis comitiis conditum eſſe omnino obſervandum; reſpondente autem Generali, hoc de-creto ferme nil aliud ſtabiliri, niſi ut ... jecta Carthesii, illa Ariſtotelis Philo-phia traderetur, Argenſonius repoſuit, Regem duntaxat velle, ut omnis do-ctrina Bajanismum & Janſenismum re-dolens eliminetur, & a munere Pro-feſſorum excludantur in impreſſa charta nominati. His ita executioni datis non ſine Regis ſatisfactione comitia ... ſolvebantur.

## §. XXV.

*Pater Ligniers a Noaillio Cardinali in Regis Confeſſarium approbatus.*

Appr

Saec. XVIII. A.C. 1723.

Appropinquante Paſchatis tempore Cardinales Galli Pariſiis agentes, necnon Aurelianenſis Dux & Fleuryus Forojulienſis Epiſcopus frequenter de ſeligendo Regis Confeſſario conſultabant: Noaillius enim Cardinalis Patri Lignierio Jeſuitæ facultatem dare conſtanter recuſabat, ſine qua tamen Confeſſio intra Diæceſin nulla foret: aliunde ſi Pontifex neglecta Archiepiſcopi proprii approbatione hanc facultatem daret, juribus Epiſcoporum læthale vulnus infligeretur, & quilibet Princeps ſpreto ſuo Epiſcopo ejusmodi facultatem pro quocunque Sacerdote a Papa petiturus eſſet, non ſine maximo abuſu poteſtatis clavium, & Epiſcopalis juris contemptu: minus autem deceret, quod Rex, quoties confiteri vellet, extra Diæceſin in oppido S. Cyri Confeſſarium quæreret, aut Noaillius Regem adſtringeret, ut Confeſſarium, quem ipſe vellet, ſeligeret; quocirca Aurelianenſis Dux cenſebat, Noaillium immerito hanc facultatem Patri Legnierio denegare, eoquod Rex jam ſui eſſet juris, proin quemcunque ipſe vellet, in Confeſſarium ſeligere poſſet, cumque Noaillius ipſimet Patri Lignierio pro Aurelianenſi Duciſſa, Patri Trivoltio pro Aurelianenſi Duce, & Patri Gaillardo Jeſuitæ pro Trecenſi Epiſcopo

*Vita Card. Noaill. t. 2. pag. 75.*

Sæc. XVIII. A. C. 1723

ejuſmodi facultatem lubenti animo de
diſſet, illam pro Rege denegare haud
valeret, aliunde vero Archiepiſcopus
integram Regularium Communitatem
ſuſpendere non poſſet. Si vero per
nacius ſuæ repulſæ inſiſtere vellet, Rex
aut Lignierio Pontificia approbatione
munito Verſaliis confiteri, aut a Pa
privilegium obtinere poſſet, haud a
ſimile ab eo, quod Clemens XI. Lu
taniæ Regi dederat, vi cujus ſupremo
gis Eleemoſynario relicta erat facul
approbandi Regii Sacelli Concionato
& Confeſſarios: Denique hujus con
tationis ſumma erat hæc, ut ſi propo
ſitis hiſce rationibus Cardinalis Noa
lius ad concedendam approbatione
ſeſe inclinaret, Rex ab eodem illa
peteret, Noaillius quoque, ſi fors te
verſaretur, ſuas hanc facultatem Li
nierio denegandi rationes ſcriptote
Regi traderet. His ita conventis Ca
dinalis du Bois die vigeſima ſecu
Martii Noaillio totam habitæ conve
tionis ſeriem expoſuit, hic vero ejusm
facultatem pro eo, de cujus ſana doct
(uti ajebat) non magis quam de c
teris Jeſuitis certus non eſſet, efflagi
maximopere miratus Cardinali reſpo
dit, ſe jam in promptu habere ratio
quibus compulſus hucusque Patri L
nierio confitendi facultatem denega

Re

Rem jam eſſe confectam ratus Cardinalis, unacum Noaillio Regem acceſſit; mox autem Rege prædictam facultatem petente, Noaillius ſubjunxit, ſalva „mea conſcientia, ad omnia Majeſtatis „veſtræ mandata deſcendere, prius „ſum paratus, quam juſſus: cum autem „ſim Archiepiſcopus, facultatis Legnierio concedendæ rationem Deo reddere cogor, omnino ergo neceſſarium „eſt, ut de hujus Jeſuitæ doctrina certus ſim, nec aliud ab eodem peto, „niſi ut in omnibus & præcipue circa „Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtrationem Doctrinæ in Cleri Gallicani comitiis Anno 1700. ſtabilitæ ſeſe ſubjiciat, meæ repulſæ urgentiſſimas habeo rationes, quas, ne Majeſtatis veſtræ patientia abutar, ſcriptas conſigno. Abeunte Noaillio Rex ſcriptum hoc Aurelianenſi Duci tradidit, & Patri Lignierio præcepit, ut altera die ab Archiepiſcopo confitendi facultatem peteret. Hic ergo Confluentium, ubi Noaillius agebat, profectus, gratiam tamdiu dilatam concedi rogabat: Noaillius vero inter alia hæc reſpondit: „confeſſiones excipiendi facultatem a me petis, ſed ego tibi eam concedere nequeo, „gaudeo tamen, quod ipſus tibi oretenus dicere poſſim, te confeſſiones non „excepturum, plures meæ repulſæ „cauſ-

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Sæc. XVIII. „cauſſas adducere poſſem, ſufficit au-
A. C. 1723 „tem dixiſſe, propudioſum eſſe, quod
„quiscunque laxam morum doctrinam
„impugnat, mox veſter Adverſarius,
„& juratus Janſeniſta audiat. Etiamſi
„Pontifex, & Clerus Gallicanus toties
„perverſas veſtras opiniones damnarit,
„nihilominus in pluribus veſtris Col-
„legiis, ac præcipue Venetiis, Ca-
„domi, Rutenæ &c. illas propugnant.„
Ad hæc repoſuit Lignierius, fatens,
„quosdam minus ſanos inter nos exti-
„tiſſe Theologos, Harivelus tamen Ve-
„netenſis Theologus jam a Societate
„dimiſſus eſt: me quod attinet, ſpon-
„deo, me Cleri Gallicani Doctrinæ &
„præprimis cenſuræ Anni 1700. ad-
„hæſurum.„ Hac pollicitatione fatis
Noaillius Cardinalis eidem Regis con-
feſſiones excipiendi facultatem con-
cedere ſtatuit, Regemque acceſſit, eum
his verbis allocutus: *Sacræ Majeſtati*
*integrum eſt ſibi eligere Confeſſarium & ſi*
*P. Lignierium deſiderat, neceſſariam eidem*
*dabo facultatem, ea tamen lege, ne cæteris*
*Regularibus inde jus eſſe aquiſitum cenſeatur.*

## §. XXVI.

### *Pernicioſæ Theſes in Francia propugnatæ.*

Eodem

Eodem tempore, quo Cardinalis de Biſſy Inſtructio & doctrina a Queſnelitarum calumniis regio etiam edicto vindicata erat, hæc ipſa dogmata quidam Baccalaureus Pater Columbus Auguſtinianus in publica diſputatione impugnabat, expoſitis hiſce theſibus. I. Papa non eſt infallibilis, II. eſt inferior Conciliis generalibus III. ab his judicari poteſt. IV. Epiſcopis de jure Divino competit, fidei dogmata ante, cum, & poſt Papam dijudicare &c. Hæ Theſes Pariſiis habitæ Provinciali Capitulo erant nuncupatæ, Præſidis vices agente Raſtignaco Tutelenſi Epiſcopo: Hic a Rege ad Touronenſem Archiepiſcopatum nominatus erat, eidem vero Pontifex confirmationis literas concedere renuebat, niſi prius doctrinam in his Theſibus contentam reprobaret: quapropter Raſtignacus inſtante Nuntio Apoſtolico literas ad Papam dedit, queis oppoſitam omnino doctrinam propugnavit: Pater Columbus vero Pariſiis exulare juſſus, aliquamdiu errabundus apud Viros ſibi haud abſimiles diverſatus eſt.

Sæc. XVIII. A. C. 1723

*Dorſan. l. c. p. 173. 178. Lafiteau Hiſt. Conſt. l. 5. p. 209.*

Majore adhuc audacia Fauvelus Theologiæ Profeſſor, qui jam dudum appellationem ſuam interpoſuerat, Theſes edidit Calviniano veneno infectas. Propugnabat enim, quod poteſtas condendi

Sæc. XVIII.
A C. 1723.

dendi leges multitudini competat, & Princeps vel Magiſtratus nos ad obſervandas leges compellere nequeant, niſi ex auctoritate multitudinis, & quod Regum poteſtas non in ipſis reſideat, niſi quia Deus eam immediate populo conceſſit, & hi illam in Reges tranſtulerunt: Propugnabat etiam, Eccleſiam eſſe Rempublicam, in qua Chriſtus Dominus auctoritatem toti corpori dedit, & in qua Pontifex & primarii Paſtores imo & ipſa Concilia Generalia hanc auctoritatem non exercent, niſi quatenus nomine totius Corporis agunt &c. cum ergo perverſis hiſce doctrinis Calvini & Richerii dogmata innovarentur, omnisque poteſtas a Deo ſtabilita omnino everteretur, hinc ſollicitantibus Epiſcopis Rex hunc Profeſſorem comprehendi juſſit, qui tamen ſincera ſua retractatione delicti veniam obtinuit.

## §. XXVII.

### *Rhemenſis Univerſitas Archiepiſcopi cura ab erroribus expurgata.*

Ineunte Menſe Aprili Armandus Julius de Rohan neo - electus Rhemenſium Archiepiſcopus librum, in quo Rhemenſis Theologiæ Facultatis decreta erant inſcripta, ſibi afferri juſſit, ut illis mature diſcuſſis hucusque conti-

Con

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc.XVIII. A.C. 1723.

Conſtitutionem attentata cognoſcere poſſet. Reperit igitur tria potiſſimum decreta, & quidem primum reſpiciebat concluſionem, qua Facultas die prima Maij anno hujus ſæculi decimo quarto Conſtitutionem juxta Inſtructionem Paſtoralem quadraginta Præſulum in Pariſinis comitiis congregatorum recepit. Alterum erat biennio poſt Menſe Julio factum, quo declarabatur, quod Facultas priorem concluſionem, quam ſine debita libertate feciſſet, revocet, deleat, & pro non facta habeat, ac tertium denique Menſe Aprili Anno 1717. conditum, quo Facultas appellationi a quatuor Epiſcopis ad futurum Concilium Generale interjectæ adhærebat. Hac re maturius perpenſa Archiepiſcopus Regis juſſu octodecim Doctores a Facultatis gremio excluſit, & per Vinaium Abbatem, & Rhemenſis Eccleſiæ Præpoſitum Facultati præcepit, ut die ſeptima Junii comitia haberet, & poſtremas duas concluſiones revocaret. Viginti igitur duo Doctores præfatas concluſiones deleri conſenſerunt, & quatuordecim Conſtitutionem revocata Appellatione receperunt, ſeptem vero in ſua pervicacia obdurati, nil omnino immutandum cenſebant: Poſtea Archiepiſcopus viciniores Parochos convocavit, juſſitque, ut for-

mulæ

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

mulæ ſubſcriberent, ac pollicerentur, quod ſeſe corde & animo Conſtitutioni ſubjicere, & ſuas appellationes deteſtari vellent: Potiſſimi Archiepiſcopi mandato paruere, pauci tamen ne pœnarum comminatione ad ſaniora reduci poterant.

Cum autem Jeſuitæ in Rhemenſem Univerſitatem ſe intrudere molirentur, huic Pariſina Univerſitas hoc in negotio ſuppetias tulit, & pro Rhemenſi apud Regem deprecata eſt. Verum id ſummopere diſplicuit Fleuryo Forojulienſi Epiſcopo, qui acerbioribus literis Dagumerum Univerſitatis Rectorem accerſiri juſſit, eique unacum Giberto olim Rectore adventanti præſente Armenonvilla Regii Sigilli Cuſtode, tribuque Jeſuitis denuntiabat, Univerſitatis conatus fore inutiles, hancque deprecationem absdubio rejectum iri: Rectore autem cauſſæ æquitatem exaggerante, Armenonvilla ira accenſus inclementius loquebatur, quem tamen interrumpens Referendarius, *neceſſitas poſtulat*, repoſuit, *ut de ſupplici Univerſitatis libello ad Curiam referam, quid juris ſit, decident Judices:* Prævaluit etiam Univerſitas, cujus cauſſa ineunte Menſe Septembri in Curiam Fontisbellaquei introducta eſt, Facultati autem die ſeptima Octobris injunctum, ut in Recto-

rem

rem eligeret Virum pacis ſtudioſum, cunctosque, qui poſt Regiam declarationem appellarunt, ab hoc officio excluderet. Igitur Doctores in Dagumerum, qui jam antea hoc officio functus eſt, ſua conferebant ſuffragia. Sæc. XVIII. A. C. 1723.

## §. XXVIII.

### *Lovanienſium Doctorum judicium de Ordinatis extra Eccleſias Belgii Fœderati.*

Jam ſupra meminimus, quod Capitula Ultrajectenſe & Harlemenſe, aliaque Belgii Fœderati Capitula ſuis Diæceſanis literas, ut vocant dimiſſoriales contuliſſent, vel etiam extraneos incorporarint, eo fine, ut hi ab Epiſcopis Sacerdotio, aliisque Sacris Ordinibus initiarentur: Hunc vero uſum utpote S. Canonibus adverſum non modo damnabat Pontifex, ſed ex ipſis Hollandiæ Catholicis non pauci gravibus deſuper conſcientiæ anxietatibus cruciabantur; cum enim a tempore, quo hæ Provinciæ ab Acatholicis fuerunt occupatæ, bona omnia Eccleſiaſtica in eorum ceſſiſſent poteſtatem, beneficiorum nominatim ſimplicium tituli etiam fuerunt extincti, proin nullus *ad titulum Beneficii* ordinari potuit: ceſſante igitur hoc titulo Batavæ

*Vid. ſupra pag. 172. Batav. Sacr. pag. 493.*

Sæc. XVIII.
A. C. 1723

Eccleſiæ Rectores exiſtimarunt, ido-
neum adhuc titulum ipſam eſſe ad Mini-
ſterium Eccleſiaſticum aſſumptionem,
qua initiandus profitetur, ſe velle illius
Eccleſiæ Miniſtrum conſtitui, & aſſumi,
proin ejusmodi adſcripti, etſi nec ori-
gine nec domicilio ſubditi eſſent, ab
Epiſcopis ordinari poſſent. Hoc ſuper
dubio conſultabantur Lovanienſes Do-
ctores, quorum quatuor die quarta Fe-
bruarii hunc uſum nec S. Canonibus,
nec modernæ Eccleſiæ diſciplinæ ad-
verſari cenſebant, quia titulus domi-
cilii vel originis antiquitus vix notus
fuiſſet, ſed ordinationis titulus fuerit
adſcriptio alicujus in Miniſtrum parti-
cularis Eccleſiæ, ſicut aliquis vere ſit
miles, etſi ſit exterus, ſi legioni tali
vel tali adſcribitur Priusquam ergo ta-
lis non fuerit particulari Eccleſiæ ad-
ſcriptus, a quolibet Epiſcopo ordinari
poſſit. Id probabant ex Concilio Char-
taginenſi III. Anno 397. ubi Ju-
lianus increpatur, eoquod Epigonium,
qui etſi origine eſſet ex Juliani Diœceſi,
ab alio tamen Epiſcopo Eccleſiæ
Mappalienſi *tanquam Lector adſcriptus*
fuerat, in Diaconum ordinaſſet, ...
que ideo hodie per tonſuram & mino-
res Ordines Clerici non reputentur e
de foro Eccleſiaſtico, niſi hi alicujus
Eccleſiæ ſervitio vel miniſterio ab E
cle...

cleſia Deputati, eidem Eccleſiæ miniſtrent: ita Trid. Seſſ.33. cap. 6. de Ref. & cap. 1. extra de foro compet. & Epiſt. S. Congr. de Propag. die 26. Jan. 1664. ad Joannem Caſtorienſem Epiſcopum & Vicarium Apoſtolicum: *Ubi in aliquo, quas diximus conditiones perſpexeris, poteris nedum Provinciarum iſtarum Nationales, ſed etiam exteros ad S. Ordines promovere, ſi in aliquo ex Seminariis ad iſtas Provincias ſpectantibus earumdem reditibus ac ſundationibus fuerint enutriti*, ſicut Parochus juvenem, etſi aliam Parochiam actu incolat, ad Eccleſiæ ſuæ Miniſtrum aſſumpto Sacramenta tanquam proprius Parochus adminiſtrare poteſt. Huic Lovanienſium judicio conſonat etiam illud Pariſienſium, qui hujus Povinciæ ſpectata neceſſitate legem de *Clericis extraneis per Epiſcopos non ordinandis* ceſſare judicarunt, præcipue cum alias ibidem populus Verbo & officio Divino & Sacramentis privatus relinqueretur, Concilium autem Conſtantinopolitanum I. Canone II. ſtatuat, *Dei Eccleſias, quæ in Barbaris ſunt gentibus, adminiſtrari oportere juxta eam, quæ a Patribus obtinuit conſuetudinem*, ejusmodi autem praxis jam a centum Annis in Belgio invaluerit.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

## §. XXIX.
### *Guilielmi Du Bois Cardinalis obitus.*

*Guarnac. tom. 2. in vita Pontif. pag. 398 Vit. Card. Du Bois t. 1 pag. 289. Dorſan. Journal t. 2. pag. 187.*

Ex Purpuratis nonniſi unicum ho anno mortis in prædam ceſſiſſe re perio, cujus obitum nimis præma rum Eccleſia, Roma & Gallia deplo rabat. Erat is Guilielmus Du Bo natione Gallus Brivæ - Carretiæ ad Lemovices honeſtis Parentibus nat Hic ad conciliandam ſibi fortunam Pa rentum ſuorum facultatibus erat deſ tutus, nullis tamen ad virtutem & li teras excolendas caruit ſubſidiis, In genio enim acri, dexteritate incred bili & memoria non minus promp quam fideli præditus, blandientis for tunæ divitias polliceri ſibi poter longe uberrimas: Literis humaniorib in patria probe excultus, atque a Le movicenſi Epiſcopo Clericali tonſu initiatus, anno ætatis decimo octa ferventis indolis ſuæ ſtimulis agi cæpit, atque hauriendæ uberioris ſcie tiæ ſtudio Pariſios contendit, ubi Collegio Navarrenſi Theologiæ oper navavit prorſus egregiam, ſuaque m rum & alloquii comitate plurimos, p tentesque Patronos ſibi devinxit. In vero in Italiam profectus, ac præ

pu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

puas Urbes perluſtratus, Romæ in Cardinalium, & Gallici Legati amicitiam ſeſe inſinuabat, frequensque cum ævi ſui doctiſſimis Viris commercium fovebat: Maxima tamen illi fuit fortunæ acceſſio, dum Pariſios reverſus, ab Aurelianenſi Duce ad Philippum ejus Filium in literis inſtituendum ſeligebatur, quo in munere, quamvis tum nonniſi vigeſimum quintum ætatis annum ageret, per ſuam tamen ingenii maturitatem, prudentiam, & comitatem gravitate conditam ſibi Regii ſui Diſcipuli amorem ſimul ac Patris Benevolentiam gratiamque tam dextre conciliabat, ut perenni utriusque favore ſuſfultus, ad ſummos honorum apices præcipiti greſſu aſcenderet; Præprimis enim non modo a Duce annuum mille librarum congiarium & a Rege prædivitem Abbatiam, ſed plures adhuc præbendas & Canonicatus cum largiſſimo proventu annuo obtinuit, & cum Comite de Tallard, cui a ſecretis eſſe jubebatur, in Angliam delatus, ibidem ad publica negotia ſeſe aptiſſimum reddidit: Magis adhuc profecit ex continua conſuetudine Philippi Aurelianenſis Ducis, cujus voluntati ac genio cum in omnibus obſequeretur, omnium arcanorum particeps cuncta ferme ſuo nutu moderatus eſt, ac plenam Sæc.XVIII. A.C. 1723.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Regni ac Regiminis, notitiam hauſit, qua probe inſtructus, ab ipſo Rege Ludovico XIV. pro pangendis arcanæ pacis articulis in Angliam unacum Uxelio Mareſcallo & Abbate Polignaco decernebatur. Poſtquam vero idem Rex naturæ conceſſerat, & in pupillari ætate Ludovici XV. Philippus Aurelianenſis totius Regni Rector dicebatur, tunc ſub ejus auſpiciis Guilielmus ad ſupremum felicitatis faſtigium evehebatur: nedum enim cum Regio Principe conſiliorum Regni particeps effectus, ſed etiam unus ex Quatuor viris Regis Commentarienſibus evaſit. Anno 1716. Orator extra ordinem plena agendi facultate inſtructus, pro fœdere inter Anglos, Batavos, Galloſque ineundo & ſtabiliendo Gallicæ ſucceſſionis jure in Angliam rurſus mittebatur, ſuaque dexteritate, ut juſſus erat, hoc fædus intra breve temporis ſpatium confecit, rebuſque ita proſpere geſtis in Franciam rediit; ſed vix ad ſuos reverſus, denuo Orator in Angliam pro firmanda Londinenſi pace decernebatur. Tantis auctus meritis a Rege primum Regni Adminiſter, & Curiæ, in qua exterorum negotia pertractantur, a ſecretis eſſe juſſus, ſummam Regni poteſtatem obtinuerat: Augebantur ejus merita, dum quorumdam Hiſpanorum

rum, qui Philippo Regenti Regiæ admini- Sæc.XVIII.
ſtrationis officium eripere moliebantur, A.C. 1723.
conſpirationem feliciter detexerat: Tum vero in illum pleno alveo effundebantur gratiæ & favores; quippe præter quamplurima, eaque ditiſſima Sacerdotia, aliasque maximas dignitates Cameracenſis Archiepiſcopus, ſacri Romani Imperii Princeps, ac demum Cardinalis renuntiabatur: Quanto tum Zelo diſſidentes Franciæ Epiſcopos ad concordiam reducere, unacum Philippo Regni Rectore adlaborarit, jam ſæpius memoratum. Creſcentibus ergo meritis Guilielmus ad ipſum ſecretius Regis Conſilium aſſumebatur, indignantibus vehementer Noaillio Duce, Villaregio, Conilacco aliisque Proceribus, qui tamen ſuæ oppoſitionis pœnas exilio luere coacti ſunt: E contrario autem Guilielmus in ſupremum primumque Regni & belli Miniſtrum proclamatus, ab ipſis Regiis Principibus, Aulæ Miniſtris, Principum Legatis, cunctisque Proceribus maximi habitus, & donis ampliſſimis, ſummisque honorum teſtificationibus cumulatus eſt: Ipſe etiam Pontifex hujus Viri Benevolentiam ſibi demereri geſtiebat, eique cuncta ſui Archiepiſcopatus beneficia pro ſuo arbitrio conferendi facultatem dedit. Solum Pariſienſe Parlamentum, ſanctius

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Conſilium, ceteræque Curiæ Guilie-mum negligere videbantur.

Ipſe vero tanto ardentius Parlamenti fidem & obedientiam erga Regem in-culcabat: Jeſuitis quoque plurimum favebat, eisque Divione in Burgundia & Pali in Bearnia Univerſitatis eri-gendæ facultatem dedit, fruſtra recla-mantibus Pariſina, ceterisque Acade-miis. Socius etiam poſt Dacierii o-tum receptus fuit Gallicanæ Acade-miæ, aliorumque literatorum cœtuum, locupletiſſimam quoque Domini Law Bibliothecam caro pretio coemit: Poſt-quam vero Rex Regni habenas per ſe ipſum moderari cæperat, & Philippus Aurelianenſis munus Adminiſtratoris abdicaverat, abrogato hujus Regiminis Senatu Regium erigebatur Conſilium ex octo Senatoribus conſtans, quos in-ter Guilielmus primum obtinuit locum. Inter uberrimas haſce ſecundioris for-tunæ blanditias, gravior infirmitas mortem eſſe vicinam denuntiabat, cum enim equitans Regem milites ſuos re-cenſentem comitaretur, ex equo in præceps effuſus eſt: vulnere autem in ulceroſum tumorem degenerante, in-ciſionem Medicorum judicio velut ul-timum, dubium tamen, declinandæ mor-tis remedium extrema in arcto depre-henſa neceſſitas reliquiſſe videbatur.

Eadem

Eadem autem die, qua Cardinalis inciſuræ ſeſe ſubjecerat, invaleſcente Gangræna paucis poſt horis die decima Auguſti Verſaliis deceſſit, annos natus ſexaginta ſeptem; Corpus ejus Pariſios in Eccleſiam S. Honorati, ubi Canonicus erat, translatum, ibidem cum ingenti pompa, magnoque Aurelianenſis Ducis luctu ſepultum eſt. Die etiam vigeſima ſexta Auguſti Rex in Cathedrali ſolemnes exequias funerales celebrari, omnesque Curias & Univerſitatis membra intereſſe voluit, ſacrum celebrante ipſo Noaillio Cardinale: Adſcribitur huic Cardinali libellus de Regulis boni Concionatoris, & alius in Hollandia *de religione Sedis Apoſtolicæ* impreſſus, quem tamen Clemens XIII. Anno 1730. die vigeſima tertia Decembris proſcripſit.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

## §. XXX.

### *Plures Innocentii XIII. Conſtitutiones & Sacrarum Congregationum decreta.*

Præter plures Conſtitutiones, quas Innocentius XIII. intra Pontificatus ſui anguſtias condiderat, ſequentes recenſeri merentur. Confirmavit itaque Conſtitutionem Pii V. de exem-

*Bull. magn. Conſt. Innoc. XIII. S. Epiſc. Rituum &c. Congr. deciſ.*

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

ptione a decimis, aliisque oneribus Ordinis Teutonici ad normam Equitum Melitenſium; perimpenſe etiam Pontifex fidelium liberalitati commendabat neceſſitates Terræ Sanctæ: innovabat quoque *Bullam Cœnæ*, denique declarabat Canonicis Regularibus S. Augustini Superioris Germaniæ competere easdem indulgentias plenarias, quæ Lateranenſibus fuerunt conceſſæ: cum Patres Carmelitæ Excalceati, Florentiæ juxta Gregorii XIII. PP. Conſtitutionem Dominica infra Octavam Corporis Chriſti quotannis ſupplicationem inſtituerent, & quandoque a Parocho loci, per cujus fines tranſibant, licentiam peterent, quandoque non; Parochus vero priori anno non ſine ſcandalo proceſſionem impediret, facto recurſu Sacra Epiſcoporum & Regularium Congregatio die decima quinta Januarii ad P. Adeodatum a S. Theresia Priorem reſcripſit, licere Patribus Carmelitis absque Parochi licentia facere Proceſſionem, hancque cauſam haud ultra eſſe proponendam. Sacra etiam Rituum Congregatio die vigesima ſeptima Februarii decidit, quod si officium SS. Redemptoris coincidat cum feſto Dedicationis Eccleſiæ Parochialis & Matricis, illud transferendum sit juxta Rubricas. Die autem decima fecit

ſexta Aprilis Sacra Epiſcoporum Congregatio declaravit, quod Regulares accedentes ad publicas & generales Proceſſiones incedere queant ſub propria Cruce absque licentia Parochi: cum autem huic deciſioni Parochi quidam *quoad exequias* ſeſe opponerent, obtendentes, quod non obſtante immemorabili conſuetudine in propria Regularium Eccleſia, in qua defuncti ſepulturam elegerunt, ipſi Parochi & non Regulares exequias facere deberent, eadem S. Congregatio reſpondit, exequias pro cadaveribus illorum, qui ſibi ſepulturam elegerunt in Eccleſiis Regularium, ab ipſis & non a Parocho eſſe faciendas.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

## §. XXXI.

## *Monaſterienſis Synodi Diœceſanæ decreta.*

Hoc item anno Clemens Auguſtus Monaſterienſis Epiſcopus die tertia Octobris rurſus Diæceſanam habuit Synodum, in qua decretum contra ariolos anno priori editum innovavit, atque in vernaculam linquam, ut omnibus innoteſceret, verti juſſit, ſtatuitque, ut omnes & ſinguli, pro animarum cura examinandi cujuslibet menſis prima hebdomada feria quarta coram Vicario Generali habitum Clericalem induti com-

*Concil. German. t. 10. pag. 427.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1723. compareant: Inſuper Clerici veſtes laicas deponant, & ad Altare ſub ſacrificio Miſſæ, ſi ficto capillitio uti permittuntur, non longius non pulvere cyprio inſperſum, ſed modeſtum cum patente corona deferant.

## §. XXXII.

### *Principum atque Illuſtrium deceſſus.*

*Cim. Memorabil. Sæc. XVIII.*

Inter plures præclariſſimos Principes, qui hoc anno mortalitatem exuerunt, lugebatur Joſephus Clemens Colonienſis S. R. J. El. & Archiepiſcopus, Epiſcopus Leodienſis & Hildeſienſis et Sereniſſima Ducum Bavariæ familia, qui Bonnæ anno ætatis quinquageſimo tertio, Regiminis trigeſimo quinto deceſſit. Succeſſorem habuit Clementem Auguſtum Maximiliani Emanuelis Bavari Electoris Filium Monaſterienſem & Paderbornenſem Epiſcopum. Salisburgi obiit Franciſcus Antonius Adolphus Comes de Wagenſperg Epiſcopus Chimſeenſis, Vicarius Generalis & Officialis Archi-Diæceſeos Salisburgenſis, ejusdemque Locum tenens anno ætatis quinquageſimo primo. Vir erat rara virtutum & eruditionis fama clarus, qui ore proprio ac exemplo gregi ſibi commiſſo pabulum Verbi Dei concionando & catechiſando diſtribuere pro

Sæc. XVIII.
A. C. 1723.

pro more habuit. Touronii Menſe Octobri Franciſcus Blouet de Camilly Archiepiſcopus Touronenſis poſt tridui infirmitatem animamDeo reddidit, dum in Diæceſis viſitatione Moniales ſibi ſubjectas ad formulæ ſubſcriptionem compulerat. Succeſſorem habuit Franciſcum Raſtinac Tutellenſem Epiſcopum. Puteolis Menſe Auguſto obiit Petrus Cavalcanti Theatinus Epiſcopus Pateolanus anno ætatis ſeptuageſimo ſeptimo. Verſaliis Philippus Aurelianenſium Dux olim Regni Gallici Rector, & nunc ſupremus Regni Miniſter eadem die ſecunda Decembris, qua habito cum exteris Legatis colloquio graviſſima Regni negotia expediebat, ſummo capitis dolore, & altera poſt hora apoplexia tactus deceſſit annos natus quadraginta novem: Princeps erat animi firmitate, perſpicacia, & mira in diſcernendis ſubditorum affectibus ſagacitate excellens: Animos ſub Ludovici XIV. regimine exulceratos potiſſimum clementia, effuſisque gratiis ac favoribus ſanare nitebatur, atque auctoritatis, ſeveritatisque ſubſidiis nonniſi moderate, atque in eos utebatur, quos frontis orisque ferrea contumacia contra rationem obduruit; unde toto, quo rerum ſumma, Rege adhuc pupillo potiebatur, tempore Franciæ Regnum a dome-

*Mem. pour ſervir a l'Hiſt. de Brand. P. IV. fol.* 33.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

domeſticis turbis præſervavit, ac quorumdam conſpirationes in ſuo ortu extinxit, ſimulque cum exteris Principibus aliunde Gallicæ felicitatis æmulis pacem coluit. Vehementer inſectatus eſt fanaticos Janſeniſtas, ſæpius dicens ſolitus, quod ſi Dei providentia Regale ſceptrum ſibi commiſiſſet, nunquam toleraturus eſſet, ut ejus ſubditi ſuæ rebellionis culpam Divinæ gratiæ ad obediendum deficientis excuſatione defendere auderent, Noaillii Cardinalis fluctuationem adſcribebat affectatæ eruditionis oſtentationi, Eccleſiaſticorum oppoſitionem enthuſiasmo, eorumque temerarios auſus comparabat torrenti, qui rupto aggere vicina cuncta inundat, quia, quod ejus impetum ſiſtat, non invenit.

Magnum etiam ſui deſiderium reliquit Coſmus III. Magnus Etruriæ Dux inſignis Literatorum fautor, qui ab ipſo ſummo Pontifice & Cæſare *Regiæ Celſitudinis* titulo honoratus die trigeſima prima Octobris anno ætatis octogeſimo primo ac Regiminis quinquageſimo tertio naturæ debitum ſolvit. Die etiam ſeptima Januarii vivis valedixit Guilielmus Fridericus Marchio Brandeburgico - Onolsbacenſis apoplexia tactus anno ætatis trigeſimo octavo. Die vigeſima ejusdem Menſis Eliſabetha

Caro-

Carolina Plenenſis Ducis Vidua relicta annos nata ſeptuaginta ſex. Die quarta Aprilis Friderica Henrica Princeps Anhaltino-Cothana non niſi viginti & unum ætatis annum emenſa. Decima tertia ejusdem Menſis Chriſtina Ludovica Georgii Orientalis Friſiæ Principis uxor, Die vigeſima quinta Martii Leopoldus Eberhardus Dux Wirtenbergicus & Montis Belligardenſis anno ætatis quinquageſimo tertio. Die decima octava Maij Olaviæ deceſſit Maria Caſimira Jacobi Sobiescky Filia. Eodem Menſe in anno ætatis trigeſimo nono Chriſtophorus Badeno - Durlacenſis Marchio. Die quarta Junii Nancei ibidem Carolus Henricus a Lotharingia Princeps Vaudemontius, Leopoldus Clemens Lotharingiæ Ducis Filius hæreditarius annos natus ſeptendecim & decimo quarto Maij octogenaria Maria Joanna Baptiſta Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis uxor. Die ſecunda Octobris Harlemi Maria Carolina primogenita Jacobi Sobiescki Poloni Regis Filia deceſſit annos nata viginti ſex, quæ eodem anno Emanueli Bullionio Duci desponſata erat, die autem prima Octobris Godefridus Mauritius de La Tour Bullionius Dux Argentinæ nonniſi annos viginti & unum natus obiit, poſtquam eodem hoc anno die vigeſima Septem-

Sæc.XVIII. A. C. 1723.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Septembris Argentinæ cum Carolina Catharina ſecundo genita Poloni Regis Filia Pontifice in impedimento diſpenſante matrimonium inierat, quo per mortem diſſoluto Maria Carolina Monaſterii ſepta elegerat. Petroburgi Menſe Octobri ſexagenaria vitæ finem fecit Proſcovia Fedorovana Joannis Alexii Moſcoviæ Ducis uxor. Viennæ die decima quarta Februarii Maria Joſepha Maximiliani Lichtenſteinii Principis Filia ſeptendecin annos nata, ibidem decima quinta Aprilis Philippus Antonius Joſephi Wenceslai Lichtenſteinii Principis Filius trimulus, & decima Februarii anno ætatis ſuæ ſexageſimo ſecundo Eleonora Barbara Antonii Floriani Principis de Lichtenſtein Vidua relicta. Pariſiis Anna Henrica Principis Condæi Vidua, Turini die duodecima Martii Anna Chriſtina Palatina Sulzbacenſis Comitiſſa Caroli Emanuelis Sardiniæ Regis Filii uxor, cum quinto ante obitum die Filium Victorem Amadæum enixa eſſet, nondum novendecim annos nata, & unico anno connubio juncta obiit. Venetiis Ferdinandus Gonzaga Dux Caſtilionis & Solferini anno ætatis ſeptuageſimo tertio. Romæ Altierius Colonna Princeps de Carbognano. In Helvetia R. Placidus Abbas Principalis in Monaſterio

Mura

Murano, cui Geroldus præſati Monaſterii Decanus & Congregationis Helveto-Benedictinæ Secretarius ſucceſſit, præſente Nuntio Apoſtolico electus. Sæc. XVIII. A. C. 1723.

## §. XXXIII.

### *Scriptorum religione Catholicorum opera & obitus.*

Plurimorum, qui ſuis lucubrationibus celebre ſibi nomen compararunt, Scriptorum mortem Literaria Respublica hoc anno deplorabat: Hos inter ceteris palmam præripere videtur Claudius Fleury Pariſiis natus, Loci-Dei & Argenteullii Abbas & trium Principum Regiorum Moderator, atque ab anno hujus ſæculi decimo ſexto usque ad vigeſimum ſecundum Ludovico XV. Franciæ Regi a confeſſionibus, cujus vitæ Hiſtoria jam in Tomo I. hujus Hiſtoriæ deſcripta habetur. Edidit Hiſtoriam juris Gallici, *Catechismum Hiſtoricum*, tractatum de moribus Iſraelitarum & Chriſtianorum, Vitam Ven. Matris Margarethæ D'Arbouzo Abbatis in Valle Gratiæ. Tractatum de ſelectu & methodo ſtudendi *Inſtitutiones juris Eccleſiaſtici Francici*, qui liber ſub nomine Caroli Boneli invito & inſcio Fleurio Pariſiis 1677. editus, poſtea ab ipſo Fleurio auctus prodiit.

*Tom. I. Hiſt. Fleur. Præf. Interp. §. 2. Niceron. t. 9. p. 1. Dorſan. Journ. t. 2. pag. 172. Du Pin Bibl. des Aut. Calmet Hiſt. Univ. l. 157. pag. 596.*

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Scripſit etiam Fleurius tractatum de officiis Patrumfamilias & Domeſticorum, ſermonem in Academia Gallica habitum, excerpta ex Platone, Imaginem Ludovici Burgundiæ Ducis, poſtea Franciæ Delphini, ac denique celeberrimam ejus Hiſtoriam Eccleſiaſticam unacum octo Diſcurſibus in eandem, & *diſcurſum nonum in libertate Eccleſiæ Gallicanæ*, qui tamen die decima tertia Februarii Anno 1725. decreto S. R. Inquiſitionis proſcriptus eſt. Aſſervatur adhuc in Bibliotheca S. Germani de Pratis inedita ejusdem relatio circa libertates Eccleſiæ Gallicanæ. Latine etiam reddidit Fleuryus Benigni Boſſueti Meldenſis Epiſcopi expoſitionem Doctrinæ Eccleſiæ Catholicæ. Refert Abbas Dorſanne, quod Fleuryus inter ſuos libros habuerit manuſcriptum, cui titulus: *Defenſio declarationis Conventus Cleri Gallicani* a Boſſueto juſſu Regis compoſita (*), cujus aliud exemplum Ludovicus XIV. in ſuis ſcriniis aſſervabat: Hoc MS. Cardinalis Biſſyus, cum ſuæ Inſtructioni recta oppoſitum

(*) Hanc defenſionem perperam Boſſueto attribui, ſolidis argumentis probatur in libro cui titulus: *de ſuprema Romani Pontificis auctoritate hodierna Eccleſiæ Gallicanæ doctrina* Parte II. Lib. IV. Cap. V. §. 1. pag. 183.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſitum cerneret, Fleuryum paucis ante obitum diebus, ut ei donare vellet, rogabat; renitentibus autem, qui moribundo aderant, Rex hoc quoque opus Armenonvilleo Regii Sigilli Cuſtodi tradi juſſit; cum autem Fleurius illud Daguaſſoni Cancellario conſignari juſſiſſet, hic illud ad Ludovicum XV. detulit.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

CeterumFleurii calamus & lingua non ſemper Curiæ Romanæ erat accepta, ac propterea plura, & quidem ea, quæ literis curſivis impreſſa vides, ab Inquiſitione Romana atro ſtigmate notata ſunt. Obiit celeberrimus hic Vir Pariſiis die decima quarta Julii annos natus octoginta tres. II. Ludovicus de Courcillon de Dangeau, qui agnitis Calvinianæ ſectæ erroribus ad gremium Eccleſiæ Catholicæ reverſus ſcripſit quatuor Dialogos de immortalitate animæ, de exiſtentia Dei, de Providentia, & de religione. Tabulas Geographicas, Genealogicas &c. de orthographia, & plura alia potiſſimum grammaticalia. Deceſſit octogenarius die prima Januarii. III. Franciſcus de Porcy Sacerdos Oratorii inter omnes Franciæ Profeſſores ſenior, ſemperque Conſtitutioni obtemperans: Edidit ſententias D. Auguſtini Janſenii erroribus oppoſitas: Mortuus eſt Andegavi Menſe

Sæc. XVIII. A.C. 1723

Majo. IV. Claudius Guesnie Benedictinus ex Congregatione S. Mauri edidit tabulam generalem operum S. Auguſtini, & novam editionem Gloſſarii Du Cange, quam tamen morte præventus non abſolvit. V. Onuphrius a S. Caſparo Carmelita Excalceatus, ſcripſit quadrigam obſervatam Chobar ab extatico Ezechiele, ſermonem in honorem S. Luciæ, & aliam in obitu Victoris Amadæi Principis Pedemontani, & ſex volumina concionum pro Adventu, Quadrageſima, & Feſtivitatibus S. Mariæ ac Sanctorum præter aliam orationem funebrem Panormi dictam.

## §. XXXIV.

### *Scriptores Acatholici hoc anno defuncti, eorumque opera.*

*Niceron. tom. 5. p. 46.*

Nec invida mors Scriptoribus Acatholicis hoc anno pepercit, ex quibus primo Joannes Mänling die ... Julii deceſſit, ac poſteris reliquit ... minium enucleatum, Arminium ... tentioſum, Daperum exoticum, ... pulcrum honoris, Judam proditorem & varia alia. II. Jacob Basnage ... pſit examen Methodi propoſitæ a Clero Gallicano Anno 1682. Conſiderationes de ſtatu lapſorum, reſponſum ad ...

ſtolam Paſtoralem Epiſcopi Meldenſis, tres Diſſertationes in Epiſtolam D. Chriſoſtomi ad Cæſarium Monachum, Communionem ſanctam, Hiſtoriam Eccleſiæ reformatorum, tractatum de conſcientia, Epiſtolas Paſtorales de renovata Perſecutione, Hiſtoriam Eccleſiæ, tractatum de falſis præjudiciis ejusque apologiam, Hiſtoricam diſſertationem de Benedictionibus nuptialibus, & de Canone S. Scripturæ, Hiſtoriam V. & N. T. Hiſtoriam Judaicam, Diſcurſus de religione, de antiquis Judæorum monetis, reflexiones in Conſtitutionem *Unigenitus*: Præſentem Statum Eccleſiæ Gallicanæ, & alia nonnulla. III. Joannes Benthem ſcripſit de Statu Scholarum in Anglia & Hollandia, Apologiam pro Scriptoribus de veritate Religionis Chriſtianæ. IV. Joannes Cyprianus publici juris fecit continuationem Hiſtoriæ Sacræ animalium, diſputationes de ſignis, de indifferentismo morali, contradictione enuntiationum, de numero partium hominis, de Laniena Pariſienſi, de vocatione hominum univerſali, de præſagiis mortis, de Analyſi fidei Chriſtianæ, de Baptiſmo Proſelytorum, & alia ejusmodi opuſcula.

Sæc. XVIII. A. C. 1723.

Sæc. XVIII.
A.C. 1724.

## §. XXXV.

### *Comaclenſis Urbs ſacræ Sedi reſtituta.*

*Hiſt. cont. Chron. l. 17. pag. 826.*

Interea inter Pontificem & Carolum Cæſarem circa Comaclenſem Urbem Viennæ crebra ultro citroque agitabantur conſilia: Hanc civitatem Papa non modo reſtitui, ſed etiam expenſas & damna a Cæſareis copiis in Pontificia ditione hybernantibus illata reſarciri petebat: Cæſarei vero belli neceſſitatem, repudiatam a Papa concordiam ſuper militum hybernis Stationibus initam, & cenſuras contra Commiſſarios Cæſareosque milites vibratas opponebant: In hujus rei argumentum producebatur diploma glorioſæ record. Joſephi I. Imperatoris die vigeſima ſexta Junii Anno Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo octavo publicatum, hujus tenoris:

„Compertum eſt nobis, noviſſimo-
„rumque temporum ſeries demonſtrat,
„quam inſigni cura, labore ac ſumptu
„hoſtes ex Italia ejecti ſint, atque hinc
„libertas, quamvis Gallica labe-
„ctaret, victricibus noſtris fœderatis-
„que armis feliciter reſtituta, ut pro-
„inde perſuaſi animo fuerimus, ne-
„minem potuiſſe ex totius Italiæ Pr...

„cer...

„ceribus reperiri, qui non eſſet gau- Sæc.XVIII.
„dium propterea & condignum erga A. C. 1724.
„nos amorem gratitudinemque teſta-
„turus. „

„Verum memorare nunc, haud abs-
„que juſto doloris ſenſu, cogimur, Mi-
„niſtros Curiæ Romanæ, ſeu alieni in-
„ſtinctu genii, ſeu proprii qualiscunque
„emolumenti fiducia, eo abreptos eſſe,
„ut auſi fuerint, ad ſtuporem univerſi
„& cum Reipublicæ Chriſtianæ ſcan-
„dalo, ſæcularibus in rebus ſpiritualia
„arma intentare, & ſcriptum typo im-
„preſſum in vulgus edere. „

„Nos habita declarationis præin-
„ſertæ, clauſularumque ejus omnium
„& ſingularum attenta conſidera-
„tione, non poſſumus non graviter in-
„ter cætera ex eo commoveri, quod
„antiquiſſima Noſtra & Imperii Romani
„in Italia, atque inde dependentia Du-
„catus Mediolanenſis jura in Parmam,
„ac Placentiam, velint a Romana Cu-
„ria per aſſertionem Dominii, quaſi ſibi
„competentis, præſidenter convelli,
„cum plena hiſtoriarum fide, & ipſis
„inveſtiturarum per Prædeceſſores No-
„ſtros Romanorum Imperatores data-
„rum tabulis aliisque actibus eviden-
„tibus, in hunc usque diem conſtet,
„directum, ſupremum & Majeſtaticum
„Dominium in præfatam Parmam Pla-

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

„centiamque, nonniſi Nobis ſacroque
„Romano Imperio competere, legiti-
„mosque Ducatus Mediolanenſis Poſ-
„ſeſſores deſuper inveſtiri. Oſtendi pro-
„fecto nequit, directum hoc & ſupre-
„mum Dominium, reſervatumque Maje-
„ſtaticum, ab ullo unquam Impera-
„tore abdicatum eſſe, aut ſine expreſſo
„ejusdem ac Imperii conſenſu a Duci-
„bus Mediolanenſibus abdicari, cedi,
„vel transferri, multo minus a Curia
„Romana valide uſurpari, ab eave per
„Duces Parmenſes legitime recognoſci
„potuiſſe. Inuunt hoc plures hiſtoria-
„rum libri & prolixe ſimul notant, quæ
„hac in materia pro conſervatione Ju-
„rium Imperialium non interrupto Or-
„dine peracta ſint. Neque latet publici
„ſtatus peritos, quantopere Prædeceſ-
„ſores Noſtri & ſpeciatim Carolus quin-
„tus glorioſæ memoriæ, Cæſarea ſua
„Imperii Jura, non in Curriculo vitæ
„ſolum, ſed ultimæ etiam voluntatis
„elogio, ſit tuitus teſtatusque. Et a-
„liunde ſat liquet, imperialia Jura ita
„eſſe Imperio innexa, ut ab illo, ſine totius
„Imperii aſſenſu nequaquam ſeparari,
„multoque minus ab invito per Bul-
„las Pontificias, qualibuscunque ful-
„minum minis refertas, abſtrahi, &
„ſeparari queant.„

„Im-

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

„Irritus idcirco labor fuit, & vix „non exploſione dignus, quo allegati „in ſupra tacta declaratione Pontifices „Judicium in cauſſa propria arrogare, „& ope Bullarum ejusmodi, jura ter- „ritoriorum ſibi aſſerere conati ſunt. Nec „certe poteſt intelligi, quid in mentem „Romanæ venerit Curiæ, quando a „militia noſtra bona Eccleſiæ invadi „ſcripſit, cum ſciat aut ſcire ſaltem „debeat, noſtra & Imperii eſſe feuda, „in quæ miles diſperitus eſt, alimenta „quoque vitæ neceſſaria tantopere per „jus naturæ ac gentium privilegiata „haberi, ut poſſint etiam in territorio „neutrali tunc potiſſimum quæri ſumi- „que, cum ſuſtentatio in propriam alen- „tis defenſionem præſervationemque „ab ulteriore hoſtili damno, & periculo „cedit, quales circumſtantias in præſenti „inveniri caſu, & per Canones, leges, „rationemque ſtatus ad communia o- „nera ipſummet Clerum pro pace ac „libertate obligari ſtabilienda, nemo „eſt, qui non videat, præſertim illa in „Provincia, in qua & mos hujusmodi „antiquus circa Communionem tribu- „torum militarium ſervatur, & poſſeſ- „ſiones Cleri Parmenſis tam amplæ „exiſtunt, ut quartam Ducatus integri „partem pene exſuperent. Indignum „itaque Clericali felicitate eſt viſum,

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

„quod cum alii eguerint, ipſa tenacitatem ſuam prodere, nec cum Laicis, quamquam inſtanter a Commiſſario noſtro imperali ſollicitata, nec ad obulum quidem erogandum, concurrere voluerit, ſed pertinaci ſuo reſtrictarioque inhæſerit propoſito, quamvis ipſe conſenſus Pontificius pro collectis ad communem neceſſitatem utilitatemque conferendis, non ſine illuſtri reverentiæ nota in tractatu per dictum Commiſſarium noſtrum concluſo, fuerit reſervatus.„

„Quæ omnia & plura alia, quibus tam provide ac juſte ex parte noſtra procedi placuit, adeo luculenta ſunt noſtræ æquitatis & muneris Cæſarei legitime exerciti teſtimonia, ut ex quo Juris fonte acres iſtæ ſuperius expoſitæ Cenſuræ ſpirituales conſeſtim profluxerint, diſpicere haud quaquam valeamus, fecimus quod noſtra & imperii Jura poſtularunt, & eo quidem modo fecimus, quem Conſtitutiones Imperii, illarumque uſus dictavere, nec ſingularis etiam obſervantia, qua communem Chriſtianitatis Patrem Sedemque Apoſtolicam extra partium ſtudia proſequimur, deſiderare voluit, prout Cardinalis Grimani, negotiationes complures, tum pro impetrando ſuperfluo Pontificis aſſenſu, tum

„ad remonſtrandum auctoritatis Ec- Sæc. XVIII.
„cleſiaſticæ, præpropere minus ac per- A. C. 1724.
„peram adhibitæ, abuſum, non uno
„loco convincunt.„

„Obſervamus exempla in ſimili col-
„lectarum & onerum Eccleſiaſticorum
„genere, ſed modo agendi prorſus di-
„ſpari cum hoſtibus noſtris, ut ut com-
„munem Europæ libertatem infeſtanti-
„bus, & nullo favore dignis, quibus
„tamen a Romana Curia vel conſenſus
„etiam ſæpe contra fas ipſum præbetur
„ſubito, vel ita indulgetur, conni-
„veturque, ut animoſitas contraria, qua
„& Nos liberrime in conſpectu totius
„mundi impetimur, & aperta Noſtra
„ac imperii Jura paſſim verbis, typis,
„factisque impugnantur, jam pridem
„duriorem in Nobis motum excitaſſet,
„niſi hunc innata bonitas Auſtriaca
„& alia momenta intuitu ſanctæ Ec-
„cleſiœ molliviſſent. Et vellemus ad-
„huc ulterius longanimitatem noſtram,
„etſi jam ab Origine Noſtri Regiminis
„Cæſarei ſat laceſſitam, lubenter ma-
„nifeſtam reddere, ſi in omittendis
„Noſtrorum & Imperii jurium defen-
„ſionibus longior mora permiſſa foret,
„poſſemusque erga Deum & poſteros
„de illa recte excuſari, nunc autem,
„cum in contrarium a lege Divina &
„humana, recta ratione, gentium jure,
„&

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

„& ex aliis Juſtitiæ pietatisque Prin-
„cipiis moneamur.„

„Hinc omnibus iſtis, ac ſinguli
„innixi, necnon juratæ Capitulationi
„noſtræ Conſtitutionumque imperia-
„lium memores, adhibito Conſiliario-
„rum noſtrorum arcanorum, totiusque
„Conſilii Noſtri imperalis ac Aulici ſen-
„tinio, conſultis etiam extraneis præ-
„ſtantibus Theologiæ Canonumque &
„legum civilium peritis, pro noſtro-
„rum atque Imperii jurium tutela.

*Declaramus ſupra inſertam ſic dictæ nullitatis declarationem, inanem, irritam & nullam ſimulque Excommunicationem in ea expreſſam aut ſi quæ alia hujusmodi prætenditur, aut prætendi poteſt, omnino pro invalida reputandam eſſe,* eoque minus
„hanc ſubſiſtere, quo evidentius pa-
„tet, ejusdem requiſita, (nimirum
„peccatum mortale, contumaciam in
„notabili errore, præviam perſonarum
„citationem &c.) defeciſſe, ac dein-
„cere, ſcriptumque Romanæ Curiæ
„non ad defendendam hæreditatem Do-
„mini, ſed ad jura imperalia ſuper Du-
„catibus Parmæ & Placentiæ porro
„uſurpanda, tendere.„

„Et cum juxta Sanctorum Patrum
„Conciliorumque Mentem non illis
„quibus, ſed his, a quibus injuſte in-
„guntur, timendæ ſint Cenſuræ, Nos

„Judi-

„Judici omnis carnis, cordiumque ſcru- Sæc.XVIII.
„tatori, omnipotenti Deo, ſicut & cui- A.C. 1724.
„libet mortalium ab affectibus libero, „diſcernendum atque æſtimandum re- „linquimus, quid oportuit de ploratu „Cleri ſentire, qui tunc aures obturatas habet, cum Noſtri ac ſacri Romani „Imperii hoſtes in Germanicis Italicis- „que Provinciis, imo in ipſis Pontifi- „cum ditionibus, Miniſtros Dei & Ec- „cleſiæ pro libitu opprimunt, crude- „literque diſcrutiant, in Nos vero & „Sereniſſimum ac potentiſſimum Prin- „cipem Dominum Carolum tertium Hi- „ſpaniarum Regem, ac adverſus Nea- „politanum Regnum Sabaudiæque Du- „cem, tunc primum inſurgit, cum No- „bis & juſtæ cauſſæ noſtræ tam pro- „ſpera affulſere ſidera, ut ex hoſtilibus „prævalidisque manibus ſit cum aliis „Italiæ oppreſſæ Partibus Neapolis & „Belgium prodigioſe ereptum.„

„Ad perpetuam præterea rei me- „moriam tenore præſentium declara- „mus, & efficaciſſime, quantum opus, „proteſtamur, nullum omnino Jus, & „multo minus directum ſupremumque „Dominium in Parmam & Placentiam „Sedi Romanæ a Nobis dimitti neque „dimitti poſſe, quin potius & omnia „& ſingula ſuprema Dominia, quæ in „Prædeceſſorum noſtrorum, noſtrum-

„que

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

„que præjudicium uſurpata ſunt un-
„quam, & adhuc uſurpantur quocun-
„que etiam nomine appellentur, No-
„bis & Sacro Romano Imperio firmiter
„reſervamus, & confirmamus omni
„meliori forma ac modo, cunctas poſſeſ-
„ſiones legitimas & prætenſiones, ex-
„ceptis iis, quæ ex magnanimitate &
„Munificentia Cæſarea in antedictam
„Sedem expreſſim translatæ ſunt, an-
„nullando, abolendo & caſſando, ea-
„que magis pro nullis, injuſtis ac in-
„validis declarando, quo manifeſtius
„per ſe corruit, quidquid Imperatoriæ
„Majeſtati, clam palamve, auctoritate
„propria ſubtractum eſt, aut etiam ab
„Imperatore extra normam debitam
„alienari nequit.„

„Solemniſſime & ſpeciatim Roma-
„næ contradicimus Curiæ prætenſam
„illam quoad jura tertiorum bonorum
„temporalium poteſtatem, quam Bullæ
„Pontificiæ exercere præſumunt, cum
„hæ, nec validæ hoc in genere nec
„receptæ ſint, quibuscunque inſigniun-
„tur nominibus, & Nos Romanumque
„Imperium obligare non poſſint, de-
„beantve, neque facultatem Nos ullam
„admittamus, aut tolerare poſſimus,
„in ſæpe facta Curia, quæ caſſare vel
„annullare conetur ea, quæ nos vel
„muneris auctoritatisve Noſtræ Cæſa-

„rea

„reæ diſponimus ac ordinamus, nul- Sæc. XVIII. A. C. 1724.
„latenus dubitantes, quin conventus
„univerſus Imperii, ac omnes ejusdem
„Electores, Principes & Status Vaſal-
„lique ac ſubditi, Conſilio Nobis ac
„auxilio ſuo efficaci, ubi opus fuerit,
„& ordo rerum demandarit, ſint actu-
„tum adſtituri.„

„Iterato igitur, & deliberato animo, „ſanoque & maturo accedente conſilio, „atque ex plenitudine poteſtatis No- „ſtræ Cæſareæ, hiſce publice declara- „mus, contradicimus, abolemus, caſ- „ſamus, & proteſtamur, & ſupra ſo- „lemniſſimo, quo poteſt fieri, pacto & „modo, annullantes, & irritum inju- „ſtumque decernentes, quidquid in ſæ- „pius memorato ſuperiore ſcripto quoad „formam ac materiam in præjudicium „Noſtrorum & ſacri Romani Imperii „jurium, vel etiam contra Noſtros Mi- „niſtros, Commiſſarios, milites, vel „alios quoscunque, exprimitur, aut „intellectum videri poteſt, inhibemus „quoque omnibus ac ſingulis Eccleſia- „ſticis ac ſæcularibus Noſtris & imperii „vaſalis, Miniſtris ac ſubditis, ſive in „terris Eccleſiæ, ſive in Ducatibus „Parmæ aut Placentiæ, ſive alibi exi- „ſtentibus, ſub graviſſima Noſtra & im- „perii indignatione, omnium bonorum „confiſcatione, corporalique pœna, ne

„quam

Sæc. XVIII. „quam rationem ejus, quod in ab-
A. C. 1724. „ducto ſcripto continetur, in ulla re
„habeant, ſed diſtricte mandamus, ut
„Noſtris juſſibus, & Ordinationibus
„conſtanter, & debite pareant, dum
„viciſſim protectionem Noſtram Cle-
„mentiamque Cæſaream fidelibus ac
„obedientibus impertiri non intermit-
„temus. Monituri idcirco etiam modo
„debito Parmenſem Ducem, ut nullum
„aliud Dominium, quam Noſtrum, &
„dicti Regis Hiſpaniarum Fratris Noſtri
„Chariſſimi, utpote legitimorum Du-
„catus Mediolanenſis reſpective Domi-
„norum & Poſſeſſorum ratione Parmæ
„ac Placentiæ recognoſcat, cum po-
„tiſſimum etiam aliunde in propatulo
„ſit, quod reſpondere Nobis de Noſtris
„& ſacri Romani Imperii juribus non
„immerito teneatur.„

„Rogamus denique omnipotentem
„& juſtiſſimum Deum, ut ardentem
„omnibus & ſincerum honeſtæ fidei ac
„perpetuæ pacis concordiæque amo-
„rem inſtillare, Nobiſmet autem largam
„gratiam dignetur, qua continuo &
„fortiter quæcunque ad Nos & ſacrum
„Imperium pertinent, tueri valeamus,
„cum ſubmiſſiſſima gratitudine totum id,
„quod Cæſaris eſt, Divinæ Majeſtati
„acceptum ferentes, publicaque hac
„declaratione, proteſtatione & rele-
„vata

„vatione repetita profitentes, circa „temporalia Imperii bona & Jura nihil „alteri cuipiam, niſi quod expreſſo „Prædeceſſorum Noſtrorum & Imperii „conſenſu munitum eſt, atque in ſpecie „nullum dicti Imperii Dominium tem„porale ſupremum legitime unquam „competere, aſſeri aut vindicari poſſe, „iis omnibus ac ſingulis, quæ ſecus „facta ſunt aut reputantur, hiſce pro „nunc & ex tunc & pro tunc, ut ex „nunc, ac futuris æternum temporibus, „quam fieri poteſt ſolemniſſime, gra„viſſime, firmiſſimeque contradicentes, „vigore diplomatis hujus Manu Noſtra „ſubſcripti, & Sigillo Noſtro Cæſareo „muniti, quod dabatur in civitate No„ſtra Viennæ, die vigeſima ſexta Men„ſis Junii anno Domini milleſimo ſeptin„genteſimo octavo, Regnorum noſtro„rum Romani decimo nono, Hunga„rici vigeſimo primo, Bohemici vero „quarto.„

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Hujus diplomatis memoria tam moleſta acciderat ſummo Pontifici, ut plagam tenui admodum cicatrice obductam refricari veritus, ad componendam hanc litem faciliores præberet aures, ipſumque Cæſaris animum ad ſua vota propenſiorem redderet. Igitur utrinque conventum, ut Carolus Imperator Urbem Comaclenſem

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

ſacræ Sedi quidem redderet, ſalvis tamen ſuis, Imperii & Mutinenſis Ducis juribus in hanc civitatem, quibus hac conventione nullatenus derogatum eſſet. Viciſſim vero Pontifex miſſam faceret octoginta aureorum millium ſummam, quam a Cæſare petebat ob expenſas pro alendo Cæſareo milite in nupero bello factas: Inſuper Pontifex Cæſari facultatem daret, ut ad reparanda Hungariæ propugnacula Turcis finitima bis centies mille florenos ex Eccleſiaſticorum bonis percipere poſſet. His articulis utrinque firmatis Comaclenſis civitas cum annexis Romanæ Sedi reſtituta eſt.

## §. XXXVI.

### *Diſſidium Innocentii XIII. Papæ cum Luſitano Rege.*

*Hiſt. Univ. tom. 9. Period. II. c. 3. p. 411. Vita Card. Bich. t. 3. pag. 17.*

Vix hæc controverſia cum Cæſare erat compoſita, cum inter eundem Papam & Joannem V. Luſitaniæ Regem diſſenſio ſuſcitaretur, novum moleſtiæ argumentum, cujus origo erat hæc: Jam ab anno hujus ſæculi decimo Vincentius Bichius a Clemente XI. apud Luſitaniæ Aulam Nuntius decernebatur Apoſtolicus: Igitur una cum Abbate Lucinio, quem Pontifex tanquam Internuntium Barcinonem ad Caro-

Carolum III. Hiſpaniæ Regem ablegabat, iter ſuum inſtituit, ubi vero Barcinonem venerat, inſalutato Rege portu ſolvit, eoquod Carolus Rex minus Pontifici propenſus, Internuntium ab alloquio excluſiſſet: Intempeſtivus hic Bichii diſceſſus tantopere Regi diſplicuit, ut ſuo Oratori Avellino Principi datis Romam literis injungeret, ut de inurbano hoc agendi modo Nuntii ſui apud Papam quereretur, eodem quoque tempore Carolus Luſitaniæ Regem ſollicitabat, ut Bichium Papæ Nuntium nullatenus ad alloquium admittere velit. Cogebatur itaque Bichius ſuam Legationem a Regis ſui indignatione, indeque profluente Aulicorum contemptu auſpicari; cum enim nulla adverſitas ſit ſola, nec ulli ſemel obfuiſſe, fortuna ſit contenta, ſic quoque Bichius non modo a Regis conſpectu arcebatur, ſed etiam ipſum omnes conviтiis & calumniis obruere certabant: Accuſabatur, quod exteras merces fraudatis teloniis non ſine magno Mercaturæ damno inveheret, auctoritatem ſuis Prædeceſſoribus longe ampliorem ſibi arrogaret, & multa ſuo munere indigna aggrederetur. Deferebantur hæ criminationes ad ipſas ſummi Pontificis aures, qui tamen cunctis mature diſcuſſis ad Joannem Regem reſcripſe-

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Sæc. XVIII. A C. 1724.

ſcripſerat, ſe, quid in Bichio jure re-
prehenderet, non inveniſſe, proin ro-
gare ſe, ut Rex falſis æmulorum ac-
cuſationibus fidem præbere nolit. Tan-
dem detecta Bichii innocentia, & æ-
mulorum invidia, ruptoque cum Au-
ſtriacis amicitiæ vinculo Rex Nuntio
Apoſtolico propenſior eſſe cæperat,
eumque Aulici amplioribus honorum
teſtificationibus cumulaverant: Viciſſim
vero hic ſingulari morum comitate,
prudentia, & ſagacitate ſua tam dextre
Regis animum ac benevolentiam ſibi
conciliabat, ut eumCarolo plene reconci-
liatum Luſitaniæ Rex a ſummo Ponti-
fice Purpura Romana decorari impenſe
peteret: Tam ſubita rei mutatio Cle-
mentem Papam maxima defixum te-
nuit admiratione, eoquod hucusque
Luſitaniæ Regibus Cardinales nomi-
nandi prærogativa duntaxat benevo-
lentiæ loco conceſſa fuiſſet: Re igitur
in Purpuratorum conventu propoſita,
Cardinales cenſebant, indignum fore
ejusmodi Virum Sacro adſcribere Col-
legio, contra quem non ita pridem gra-
ves delatæ fuiſſent querelæ: Hæc ad
Luſitaniæ Regem reſcripſerat Pontifex,
cui tamen opponebatur ipſius Papæ
epiſtola, qua diſſipatis æmulorum ca-
lumniis Bichius tanquam inculpatæ
vitæ Præſul commendabatur: Mort
in-

Sæc.XVIII. A. C. 1724.

interim Clemente, Rex preces ſuas apud Innocentium ejus Succeſſorem ingeminabat, ſuamque petitionem fulciebat honorifico defuncti Pontificis teſtimonio, & Ejusdem pollicitatione in Bichii favorem Cæſari data: Verum ad hæc reſpondit Pontifex, quod huic Præſuli ſalva conſcientia ſuffragari haud poſſet, eoquod ipſemet illum antea de variis criminibus accuſaſſet: Nec his contentus Pontifex, inſuper Bichium Romam revocabat, ſubrogato Abbate de Firrau: Hæc agendi ratio eo magis Regem offenderat, quo firmius ſuæ petitioni deferri ſperabat ab eo Pontifice, qui olim ipſemet Apoſtolica Legatione in Luſitania fungebatur, atque etiamnum Regni hujus Protectorem agere dignatus erat: Rex igitur firmum fixumque habebat, nec Bichium ſine Purpura dimittere, nec Abbatem pro Nuntio Apoſtolico habere: Hæc Regis conſtantia Pontificem permovit, ut in ſingulari Congregatione hanc rem Cardinalibus deliberandam relinqueret, quorum tamen ſententia eo abibat, ut Bichius interminata etiam anathematis pœna Romam revocaretur. Hujus tamen decreti executionem intercidebat Innocentii obitus: Quem vero exitum hæc controverſia demum habuerit, ſuo loco recenſebimus.

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

## §. XXXVII.

### *Poſtrema infirmitas Innocentii XIII. Pontificis.*

*Vita Card. de Conti tom. 1. pag. 275.*

Die duodecima Januarii Innocentius XIII. *ſecretum*, ut appellant, *Conſiſtorium* habuit, in quo Alberonium Cardinalem nuper ab omni calumnia abſolutum adeſſe juſſit, eumque a duobus ſenioribus Diaconis Cardinalibus ſtipatum in plenæ reconciliationis ſignum ad oſculum pedis admiſit, quo facto Pontifex ad Sacellum progreſſus, eidem, poſtquam conſuetum fidei ſacramentum exſolverat, rubrum galerum propriis ſuis manibus impoſuit, eumque paterno amplexu honoravit. Poſtrema erat hæc Pontificiæ clementiæ functio; die enim decima quinta Februarii Innocentius, cum jam per integrum ferme annum aſſidua virium debilitate, & frequenti ſanguinis vomitu cruciaretur, graviter decumbere cæpit, Medicis aut Phtiſis, aut Hydropis ſtomachalis malum imminere cenſentibus, utrumque inſtantis mortis præſagium: Exeunte eodem Menſe ad morbi vehementiam tanta virium imbecillitas acceſſit, ut Medicorum judicio ab omni Regiminis cura vacare cogeretur, die tamen quarta Martii par-

lulum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lulum reſpirare cæperat, moxque cum Cardinale Spinola Status Eccleſiaſtici Secretario de gravioribus Eccleſiæ negotiis conferens, quædam adhuc decreta condebat. Eadem autem nocte morbus gravioribus ingraveſcit acceſſionibus, adſunt in tempore Medici, cenſent inciſionem in femore oppido neceſſariam eſſe; abſterrentur tamen, dum pedem ereſypelate inflammatum deprehendunt. Sæc. XVIII. A. C. 1724.

## §. XXXVIII.

### *Innocentii XIII. Pontificis Maximi obitus.*

Poſtmodum tam periculoſa febris in Innocentium Papam tota vi irruens incubuit, ut paucas intra horas pene confectum ac proſtratum valetudinis moles ad extrema deduceret, unde Medici deſperato curationis ſucceſſu ſuprema lanquenti denuntiant. Sparſo per urbem funeſto hoc rumore Jacobus III. Angliæ Rex cum ſua Conjuge die octava Martii ad Pontificium properabat Palatium, ubi ſuam gratitudinem lacrimis & verbis conteſtatus, tanti Benefactoris jacturam deplorabat: Ipſe etiam Bernardinus Cardinalis de Comitibus Papæ Frater cunctos Purpuratos in Urbe agentes convocabat, ut moribundo

*Hiſt. Univ. tom. 9. pag. 677.*

Sæc. XVIII. A. C. 1724

bundo Pontifici poſtrema reverentiæ honoriſque obſequia præſtarent; ex his nonnulli eum rogabant, ut quatuor Sedes in Sacro Collegio vacantes novo Cardinalium inauguratione complere velit, his vero Papa reſpondit: *Regnum meum non eſt jam de hoc mundo: abſit a me, ut his curis, in novas anguſtias eo tempore me conjiciam, quo animæ meæ ſaluti invigilare, & de gravioribus Deo rationem reddere cogor.* Solus tamen Cenſinus Galliarum Legatus tantum effecerat, ut Papa eadem adhuc die Carolinam Catharinam ab impedimento, relaxata etiam expenſarum media parte, ſolveret, ſicque primi ſui Mariti Godefridi Bullionii Nepotem connubio ſibi jungere poſſet. Sequenti autem die ſeptima Martii calor extremos artus deſerens, ſeſe in intimos ſinus recipere videbatur, quocirca omni ope & opera moribundus adnixus eſt, ut quam piiſſimam exegerat vitam, piiſſima quoque morte clauderet. Omnibus igitur Eccleſiæ Sacramentis rite præmunitus extremæ luctæ ſeſe accingebat, conſuetasque Eccleſiæ preces tanta religione exſolvebat, ut adſtantes vix ſe a lacrimis temperare poſſent. Per integrum hunc diem extremos ducebat anhelitus; tandem vero circa quartam diei horam veſpertinam mortifera mo-

oc

oculis offuſa diem ſubduxit, & tenor ſuus a venis, & vigor a membris penitus receſſit, demum circa horam quintam Pontifex longiore vita digniſſimus animam exhalavit, anno ætatis ſuæ ſexageſimo nono nondum expleto: Pontificatus ſecundo cum menſibus decem, & viginti novem diebus. Die octava Martii, Seniores cujusvis Ordinis Cardinales datis literis Purpuratos abſentes ad proxima invitabant comitia. Cadaver vero Innocentii in Sacello Gregoriano a latere tumuli Chriſtinæ Sueciæ Reginæ in Baſilica D. Petri ſepultum quieſcit.

Sæc. XVIII. A C. 1724.

## §. XXXIX.

### *Hujus Pontificis geſta in Pontificatu.*

Quamprimum Innocentii XIII. Pontificis obitus Romano populo innotuerat, repente omnes inſolita invaſit triſtitia, & luctuoſa rerum facta eſt converſio. Lugebant probi, Innocentium in medio Pontificatus ſui curriculo tot juſtitiæ, pietatisque operibus bene cæptis, ac nondum abſolutis ereptum, ac pene avulſum eſſe; quamvis enim in D. Petri ſolio exiguo admodum tempore ſediſſet, plurima in maximam Eccleſiæ populique Romani utilitatem diſpoſuerat, pacisque amantiſſimus om-

*Dorſan. l. c. p. 186. pag. 252. Guarnac. Vita Pontif. tom. 2. pag. 385. Hiſt. Chron. cont. l. 17. Nova lit. pag. 65. Abrege Chron. de l'Hiſt. Eccl. t. 3. p. 530.*

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

nes Europæ Principes ſibi devinctiſſimos ſervaverat, quin tamen de Sedis Apoſtolicæ juribus quicquam remitteret. Sui Prædeceſſoris exemplum imitatus, Conſtitutionis *Unigenitus* obſervantiam ſtrenue urgebat, licet ab initio Quesneliſtæ ſibi blandirentur, in & Innocentium Prædeceſſoris ſui ſeveritatem hac in re reprobare, publicis Novellis ſpargerent, in ſui commenti patrocinium obtendentes, quod tertium tomum hujus Conſtitutionis a Patre Fontaine propugnatæ Pontificii Ærarii ſumptibus excudi haud permiſiſſet. Haud ſegniori etiam Zelo Innocentius in Sinenſi Miſſione fidem Catholicam a ſuperſtitioſis ritibus expurgare adlaborabat: Refert etiam Author Synopſis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, quod *apertam inobedientiam, qua Jeſuitæ Conſtitutionibus contra idololatricas ſuperſtitiones editis reſtiterant, indignatus, Novitios recipiendi facultatem eis ademerit, & Eccleſiam a hac Societate expurgandi conſilia jam ab initio ſui Pontificatus ceperit, celeri tamen morte præventus fuerit.*

Ut ut de hoc ſit, id certum eſt, quod hic Pontifex literas ad Sinenſem Imperatorem dederit, Jeſuitis haud ingratas, hi vero in vulgus ſparſerint, his Papæ literis Conſtitutionem: *Ex illa die* fuiſſe revocatam aut ſaltem

illi

illius executionem eſſe ſuſpenſam: quo comperto Pontifex coram quibusdam Cardinalibus, quod nequaquam præfatæ Conſtitutionis vim labefactare intenderit, declaravit, ſimulque decretum condidit, quo ſtatutum, Societati Novitios nulla parte admittere permiſſum, niſi intra triennium conſtiterit, quod Jeſuitæ ſeſe huic Conſtitutioni ſubjecerint. Hoc decretum per Laruſtam Congregationis de Propaganda Secretarium coram Notario fuit intimatum Tamburino Societatis Præpoſito, qui tamen ad præcavendos in Societate tumultus hoc decretum haud publicari efflagitavit, quod etiam eidem gratioſe datum eſt. Evoluto autem præfixo tempore Benedictum XIII. Innocentii XIII. Succeſſorem rogabat, ut excluſis Althan, Vallemanio & Fabronio, in Congregatione de Propaganda hæc cauſſa dijudicaretur per Cardinales Ottobonum, Pamphilium, & Picum. Anno tamen ſequenti Benedictus XIII. Jeſuitis permiſit, ut decem Jeſuitas in Sinenſe Imperium mittere, & ubique (excepto Sinenſi Reguo) Novitios recipere poſſent, ea tamen lege, ut hi decem Jeſuitæ ſeſe prius Conſtitutioni: *Ex illa die* ſubjicerent; id conceſſit Papa, eoquod Generalis demonſtraſſet, quod omnes totius Eu- Sæc.XVIII. A. C. 1724.

Sæc. XVIII. A. C. 1724. ropæ Jeſuitæ ſeſe huic Conſtitutioni ſubjiciant, quamvis parem ſubmiſſionem a Sinenſibus obtinere nullo pacto poſſet.

Ceterum hic Pontifex ſingulari prudentia inſignis, atque in rebus politicis verſatiſſimus erat, in pertractandis Eccleſiæ, Statusque negotiis adeo aſſiduus, ut continuas ejus infirmitates inde ortum traxiſſe, Medici judicarent. Celebratur quoque ejus munificentia, præcipue erga literatos, quos plurimi habebat, eoquod ipſemet omnibus ingenuis diſciplinis apprime excultus eſſet; reliquit etiam Bibliothecam quamplurimis, lectiſſimisque Codicibus refertam, cui verſandæ partem ſolido de die dimere, Angelus Maria Cardinalis Quirinius ſibi ſemper ſolemne fuiſſe teſtabatur: Inſuper Innocentius ad miſericordiam propenſiſſimus, animum pauperum calamitatibus facile commotum exhibebat; unde horum, & præcipue Romanorum inopiam miſertus, annonæ panisque pretium imminui juſſit, & promercalem frumenti nundinationem repreſſit: Centena quoque millia Ducatorum depoſuit in æde Montis pietatis, ut iis Jacobus III. Angliæ Rex libere uteretur, ſi recuperandi Regni ſpes affulgeret: cumque Turcæ Melitam Inſulam oppugnare minitarentur,

*Orth. Vet. Græc. Offic. Tom. I.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non modo Chriſtianos Principes ad opem ferendam incitabat, ſed ipſemet ex ſuo marſupio viginti millia nummorum contulit, cunctosque Cardinales ad parem liberalitatem tam feliciter induxit, ut ex transmiſſa ingenti pecuniarum vi ſupremus Ordinis Magiſter conſcriptis novis militibus auctisque ſtipendiis Inſulam validioribus propugnaculis munire potuerit. Pari quoque Pontificis liberalitate Corcyræ Inſula firmata eſt.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

## §. XL.

## *Sacra Comitia pro eligendo novo Pontifice.*

Poſtquam Sacer Cardinalium Cœtus conſuetis pietatis officiis, Romanusque populus publico mærore ac lacrimis dilectiſſimo ſuo Patri Innoc. XIII. parentaverant, novendialibus juſtis pro more exactis die decima nona Martii celeberrimus Præſul Jacobus Lanfrendinius poſtea S. R. E. Cardinalis perpolitam habuit concionem in funere præfati Pontificis. Die vigeſima ejusdem Menſis in Sacello Chori Rem Divinam ad impetrandum Spiritus ſancti præſidium abſolvit Franciſcus Cardinalis Judice: mox alteram de ſubrogando Pontifice luculentam habuit oratio-

*Guarnac. vita Benedicti XIII. pag. 410. Dorſane Journ. pag. 208. tom 2. & pag. 216.*

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

rationem Franciſcus Blanchinius Præſul uberrima eruditione præſtantiſſimus. His peractis Cardinales numero quinquaginta ad celebranda ſolemnia comitia Vaticanum conclave ingreſſi ſunt, comitantibus eos primæ Nobilitatis Proceribus, atque innumero populo: Ex Gallicæ Nationis Purpuratis Noaillius Cardinalis, etſi literis omni humanitate refertiſſimis venire rogatus eſſet, Romam contendere haud conſultum cenſuit, ceteris autem prius Cardinalis Rohanius Pariſiis ad comitia contendit, quem mox ſequebatur Biſſyus Cardinalis unacum Abbate de Roye. Cardinalis vero Polignacus non niſi die vigeſima quinta unacum Abbate Rothelino ſuo Conclaviſta Lutetia Pariſiorum diſceſſit. Denique Cardinalis Geſures impellente Bullionio Duce, Romano itineri ſeſe jamjam accinxerat; aſt extrema virium imbecillitate attritus ægre pedem Domo efferre poterat. Convenerant interim Cardinales quinquaginta tres in Sacello Paulino, quod, cunctis exire juſſis claudebatur; ſed eo poſt aliquot intervallum rurſus aperto, ingreſſi Principes, Præſules, Principum Legati, Urbis Senatores aliique Cardinalibus poſtremo gratulationum obſequia exſolverant; demum vero hora ſexta veſpertina

cu

cunctis abeuntibus janua omnino occluſa remanſit, ſolis Cardinalibus, eorumque Familiaribus ad ſuas quisque cellas ſeſe recipientibus. Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Scindebantur Cardinales in tres factiones, quarum prima viginti ſeptem, qui *Zelantes* vocabantur, Purpuratos, incluſis Cardinalibus Gallis numerabat: Altera nonniſi novendecim recenſebat, dicta *Albaniana*, cui adhærebant Cardinales Cæſareis partibus addicti. Tertiam denique ducebat Ottobonus Cardinalis, qui cum ſuis ut Cardinalis Imperialius eligeretur, extremos conatus adhibuit; pluribus etiam in eum concurrentibus haud exigua eidem obtinendi Papatus ſpes affulſerat, quæ tamen illum fruſtrata eſt, poſtquam Franciæ Orator hunc a ſuo Rege excludi declarabat: Poſtmodum illi Cardinales, qui Albanorum partibus adhærebant, primo in Cardinalem Spadam, poſtea in Scottium, ac denique in Cardinalem Oliverium, qui Clementi XI. affinitate junctus erat, ſua conferebant ſuffragia: Huic præ ceteris ipſi etiam Cardinales natione Galli favebant, & præcipue Rohanius Cardinalis hunc omnium eligentium votis expetitum iri, tam perſuaſum ſibi habebat, ut adhuc in itinere conſtitutus, palam diceret, præſens conclave haud fore diu-

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

diuturnum; ſe enim ramum *Olivæ* Romam deferre, & quamprimum eo venerit, illam cunctis oſtenſurum eſſe: Enim vero conclave ingreſſus, nullum ſtudii laboriſque officium prætermiſit, ut Oliverio Cardinalium favorem, factis etiam pollicitationibus conciliaret, ipſe etiam Maſſeius Apoſtolicus in Francia Nuntius ſollicitabatur, ut pro hoc Cardinale commendatitias literas a Galliarum Rege obtineret, nec ſuis etiam partibus apud Cæſarem deerat Cardinalis Salernus: Habebatur die decima ſexta Aprilis Paſchatis feſto ſcrutatio nova, in qua Oliverius Cardinalis viginti duo tulerat ſuffragia, aliiſque etiam accedere paratis, nil propius eſſe videbatur, quam communi omnium pene Cardinalium ſuffragio Pontificiam tiaram Oliverio eſſe deferendam. Tum vero patuit, politicas artes, hominum ſapientiam & conatus in Pontificum electionibus nihil valere contra vocantis Dei vocem; eadem enim adhuc die, qua Oliverius omnium ore & voto Pontifex pronuntiabatur, repente mutata rerum facie plurimorum favor in averſionem vertitur; atque ex ipſis Corſinius Cardinalis ſimoniacæ labis ſuſpicionem latere ratus, quinque Cardinales ab Oliverii partibus abſtraxit: die vero decima ſeptima Aprilis

Ca

Cardinalis de Judice ſancto ardore ſuccenſus, orationem ad Congregatos habuit, exponens, Oliverium ad tantam dignitatem nondum ætate maturum, atque in rebus publicis rite gerendis, vix mediocri dexteritate præditum, onere Apoſtolico imparem eſſe, aliunde vero Albaniis tam arcte conjunctum, ut haud temere verendum, ne hæc familia per plurium luſtrorum ſeriem ſibi Pontificiam tiaram hæreditario jure vendicare niteretur: His fuſius expoſitis Cardinales natione Neapolitanos rogabat, ut Cardinalem Cienfuegos accederent, eidem exponentes, ſe quidem paratos eſſe, quemlibet Cæſari minus acceptum rejicere, nunquam tamen ad electionem ſimoniacam ſua collaturos ſuffragia, miſſo igitur Viennam Nuntio Cæſarem de tota rei ſerie edoceret. Id autem recuſante Cardinale Cienfuegos, Cardinalis de Judice quantocius citatis equis Curſorem unacum literis Viennam ablegavit: hi vero Cardinales, qui *Zelantes* vocabantur, tanto Zelo exarſere, ut palam declararent, ſe potius ex comitiis exceſſuros, quam electioni, quæ nulla eſſet, aſſenſuros: Cardinalis quoque Urſinius ſenio meritisque Venerandus per novem dies in honorem S. Philippi Nerei in pane & aqua jejunans, Deo animo-

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

rum conjunctionem & promptam novi Pontificis electionem inter juges lacrymas, & fervidas preces impenſe commendabat, tandem nudis pedibus incedens, & laqueo ad collum pendulo Chriſti Cruci affixi imaginem dexteram, & Apoſtolicas Conſtitutiones ſiniſtra tenuit, atque ad ſingulas Cardinalium cellas proceſſit, cunctos, ut electioni minus legitimæ ſeſe totis viribus opponerent, impenſe hortatus, eis Conſtitutiones exhibens dixit: *En regulam veſtram*, dein Crucifixum oſtendens ſubjunxit: *En Judicem veſtrum.* Sed hæc oratio Cardinalium animos tantopere percelluit, ut ipſe etiam Cardinalis Rohanius miſſo ad Franciæ Regem nuntio exponeret, tantas obverſari difficultates, ut de Oliverii electione omnino conclamatam eſſet: Die trigeſima Aprilis Comes de Kinsky Cæſareus Orator ſolemni pompa Conclave ingrediebatur, atque ad alloquium admiſſus, habita pereleganti oratione Congregatos hortabatur, ut tandem Virum tam ſublimi honore dignum via legitima eligerent, ac præprimis Eccleſiæ bonum, ſimulque Cæſareæ Majeſtatis honorem & jura præ oculis haberent: Quamprimum vero rumor de eligendo Oliverio per urbem volitabat populus Romanus indomitis impo-

tibus

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

tibusque furiis tumultuari cæperat; concurſant catervatim Viri, fœminæ, nobiles, ac ignobiles, & inconditis clamoribus ac horrendo ſono forum complent, vociferantes, *nolumus Oliverium:* Albani Cardinalis currum vi adoriuntur, atque in Cardinales Borromæum & Odescalkium ad conclave vectos inſultant, ſparguntur per urbem famoſi libelli, quibus non modo Oliverii, ſed totius Albanæ Domus fama fæde proſcindebatur, resque ad communem ſpectare videbatur ſeditionem; nec tumultuantium ardor conſediſſet, niſi palam fuiſſet declaratum, Oliverium, omnesque eidem adhærentes ab omni Pontificatus ſpe eſſe excluſos. Enimvero ipſemet Imperator, & Franciæ Rex hunc excludi petebant, quo comperto exoptata tranquillitas reſtituta eſt, ad quam haud parum contulit inopina mors Tanarii Cardinalis, qui S. Collegii Decanus, cum de eo in Papam eligendo ageretur, die quinta Maij in comitiis deceſſit. ReſumptisCardinalium prenſationibus nonnulli in Alberonium Cardinalem inclinare videbantur, & nominis ſui literas per anagramma in futuræ electionis vaticinium vertebant, quod tamen nonniſi verborum erat ludibrium, facta ad hunc annum alluſione hac: *ALberonIVS CarDInaLIs roManVs*

Sæc. XVIII A. C. 1724.

*PontIfeX*, cui tamen mox ab ignota manu hæc ſatyra opponebatur.

*Cælum petit Urſinium* (*), *populus Corſinium*
*Mulieres Ottobonum, & Diabolus Alberonium.*

Cum vero nemo ſecundis auribus Alberonii electionem exciperet, Cardinales, præcipue Imperialius & Pioluccius ceteris digniſſimum eligere intenti, per Cardinalem Spinolam proponebant Julium Cardinalem Piazza, [illegible]rum honeſtate, æquitatis amore, moderatione, prudentia & in rebus gerendis dexteritate præclarum, ipſique populo Romano tam acceptum, ut incerto adhuc de ejus electione ſparſo rumore feſtivæ audirentur aggratulationes, communis lætitiæ ſigna: tempore etiam quo de ipſius electione agebatur, nulla, quod inter Romanos plane rarum, audiebatur contra eum ſatyra: Inſuper nullus ex Principum Oratoribus, quod in hoc Cardinale carperent, invenere, & Carolus Imperator hujus Purpurati electionem ſummis votis expetebat, ut [illegible]

pote

(*) In ipſum Urſinium haud ineptus ca[illegible]mus ſequens compoſuit Chronologicum *SoLVs DeVs eLegIt OrsInIVM In Cap[illegible] OrbIs.*

pote cujus probitatem & merita, dum Viennæ Nuntium Apoſtolicum agebat, ſat comperta haberet: Franciæ etiam Rex ad ejus electionem ſuo concurrebat aſſenſu. Redeunt ergo die decima Maij Cardinales in ſuffragia, factaque ſcrutatione ſolus Piazza tot eligentium vota tulerat, quot ad validam electionem tum erant requiſita, ad complendam tamen electionem unice deſiderabantur Hiſpanæ Nationis Cardinales Belluga & Borgia, quos proxime venturos ut in hac electione partem haberent, omnino decere videbatur: Albanios quoque eidem ſuffragaturos, minime dubitatum eſt: nihilominus tamen ſequenti die, qua Cardinales neo-electo Pontifici fidelitatis homagium, quod vulgo *adoratio* dicitur, præſtituri convenerant, huic Purpurato tredecim ſuffragia deeſſe deprehenſum eſt, cauſſantibus Albaniis, hunc nonniſi ſexaginta annos natum ceteris Cardinalibus Pontificatus obtinendi ſpem præcidere. Eandem poſtmodum ſortem tulerant Cardinales Gozzadinius, Paulucciús, Davia, aliique plures, quorum electioni obſtiterant Albanii.

Sæc. XVIII. A. C. 17[illegible]

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

## §. XLI.

### *Vincentius Maria Cardinalis Urſini in Papam electus aſſumpto nomine Benedicti XIII.*

*Hiſt. Univ. tom. 9. Period. I. cap. 8. pag. 684. Vita Card. Urſini t. 1. pag. 316. Conlin Roma Sancta p. 9.*

Poſtquam Cardinalis Piazza omni Pon-tificatus ſpe exciderat, Cardina-les, quos *Zelantes* vocant, ex ſuis Virum annis meritisque gravem pro-ponere decreverant, atque ex his præ-cipue nominabant Nicolaum Caracci-lum, & Vincentium Mariam Urſini, quos ipſis etiam Albaniis haud ingra-tos fore ſperabant: cum autem Carac-ciolus adverſa ſemper premeretur va-letudine, ſegnius de eo agebatur: Car-dinales vero Belluga, Tolomæus, Ro-hanius & Polignacus omnes intende-bant nervos, ut Urſinio Albanios con-ciliarent; hi enim viginti octo nume-rabant Cardinales, qui ad Albaniorum nutum ſua cuicunque ſuffragia confer-re parati erant. Inſuper Cardinalis Sa-lernus Hannibalem Cardinalem S.R.E. Camerarium per quicquid ſanctum ſa-crumque obteſtabatur, ut cum ſuis Urſinio ſuffragaretur, hacque via in-dignæ concertationis æſtum ſedaret. Tergiverſabantur primo Albanii, poſtea tamen ab ipſis Cardinalibus Gallis Ro-hanio & Polignaco perſuaſi, habita in-

inter ſe conſiliis Urſinium ſuo acceſſu Sæc. XVIII.
& tiara digniſſimum pronuntiabant, A. C. 1724.
atque inter ipſos Rohanius palam edixerat, ſi *Urſinius pius eſt, oret pro nobis, ſi doctus, doceat nos, ſi prudens, regat nos.* Ipſe etiam Cardinalis Camerarius Cardinalem Cienfuegos Cæſaris Oratorem rogabat, ut ſuo quoque ſuffragio accedere vellet: Hic enim adhucdum fluctuabat; nam licet Imperator Urſinium excludi non juſſiſſet, nec tamen inter illos numerabatur, quos Orator ſingulari commendatione juvaret, hac vero difficultate per Cardinalem Tolomæum ſublata, Cienfuegos ſe eidem ſuffragaturum ſpopondit. Animis itaque ſic diſpoſitis die vigeſima ſeptima Maij colliguntur vota, ac primo quidem Urſinius triginta ſex tulit ſuffragia, paulopoſt nova fit ſcrutatio, in qua quinquaginta eligentes, & nocte ſubſequente unaomnes in Urſinium ſua contulerunt ſuffragia. Nil ergo reliquum erat, niſi ut Urſinius hanc electionem ſuo aſſenſu firmaret: aſt ipſe ſolus unanimi eligentium calculo repugnabat, ipſumque Cardinalem Ottobonum ſummis precibus fatigabat, ut eum utpote Cæſaris ſubditum nomine Franciæ Regis excluderet. Reſpondente autem Cardinale Regem Galliæ Virum optime meritum exclu-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII.
A. C. 1724

dere non eſſe aſſuetum, Urſinius ad ceteros converſus Cardinales dixit: *Scitis utique me eſſe reformatorem, Vir ſanaticus in mea Diœceſi audio, & Vos me in Papam eligere vultis? revocate veſtra ſuffragia, & in me compromittite, ſpondeo, me vobis propoſiturum longe digniſſimum.* Ad hæc nomine omnium reſpondit Cardinalis de Judice: *compromiſſo locus eſt, dum conſenſus haberi nequit, Tu autem unanimi omnium ſuffragio electus es.* Ad hæc obmutuit Urſinius, petens, ut ſolus in ſua cella Dei opem implorare permitteretur, aſt nemine advertente inde recedens, in quodam angulo deliteſcebat; tandem poſt ſedulam duarum horarum inquiſitionem repertus, nullo tamen pacto induci poterat, ut oblatam tiaram, cujus ſe indigniſſimum reputabat, acceptaret: ad Cardinalium pedes ſe projicit, atque inter uberrimas lacrimas orat & obteſtatur, ut alium ſe digniorem eligere velint. Viciſſim Cardinales Belluga & Tolomæus ſæpius in genua provoluti adhibitis maximi momenti rationibus, eum perſuadere nitebantur, ut tandem factæ electioni conſentiret, ſed incaſſum omnia, plures horas tenuit Urſini cunctatio ac conſtans repugnantia; unde cenſebant nonnulli, eum etiam anathematis interminati metu ad aſſen-

ſum

ſum eſſe compellendum, exſtare exempla, quibus pertinacem ejusmodi modeſtiam ob publicam utilitatem fuiſſe devictam, teſtatum redderetur: alii vero Cardinales perpenſa obedientia, qua Urſinius adhuc Cardinalis ſuo Magiſtro Generali tanquam voci Dei ad nutum obtemperare ſolitus erat, P. Auguſtinum de Pipia ſupremum Ordinis Prædicatorum Generalem accerſivere. Hic omni rationum vi, cunctisque eloquentiæ ac doctrinæ præſidiis reluctantem flectere haud poterat; cum ergo ſe nihil proficere cerneret, tandem in hæc verba prorupit: *Auctoritate, quæ mihi in Eminentiam veſtram data eſt, aut potius, quam ipſa in me agnoſcit, præcipio, ut Pontificiam dignitatem acceptet.* Ad hæc verba Urſinius inclinato detectoque capite & abdicata propria voluntate reſpondit: *Fiat voluntas Dei*, quo dicto tabulis, ut de ejus aſſenſu legitime conſtaret, nomen ſuum ex obedientia inſcripſit: Poſtea interrogatus de nomine, Benedictus XIV. nominari voluit, cum autem recordaretur Petrum de Luna ſeu Benedictum XIII. nonniſi ſchismaticum ſeu Antipapam fuiſſe, nomen Benedicti XIII. die vigeſima nona Maij aſſumpſit, ſic tandem poſt bimeſtre & viginti duos dies conclave abſolvebatur. Poſtquam

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Sæc. XVIII
A. C. 1724.

igitur Cardinales neo - electum Pontificem, qui tum jam annum ætatis ſeptuageſimum quintum agebat, venerando pedum oſculo, & fidei juramento honorarunt, ipſe ex Sacello Paulino ad Vaticanam Baſilicam pro more in ſella geſtatoria deferri recuſavit, ægre etiam ab eo obtineri potuit, ut alienis humeris usque adportam deferri permitteret, mox tamen præ foribus e ſuggeſtu deſcendens ſeſe in genua ſubmiſit, & ſacra limina demiſiſſimo oſculo veluti ipſo ingreſſu in Eccleſiam indigniſſimus libavit. Abſolutis omnibus conſuetis ſolemnitatibus Pontifex clam rurſus ad Baſilicam D. Petri acceſſit, ibidemque per integras duas horas in genua procumbens orationi vacavit; poſtmodum ad ſuum cubile reverſus, cum ibidem lectum ſuperbe ac magnifice exornatum videret, ſuum ſtratum, quo in conclavi utebatur, afferri, atque in anguſto cubiculo collocari, omnemque Palatii ſui ornatum, ac cetera ad pompam duntaxat inſtructa auferri juſſit. Tota ſuppellex erant papyraceæ Sanctorum imagines & ſedilia ſtraminea contexta, cumque ei ad bibendum ſcyphus argenteus affabre elaboratus porrigeretur, terreum ſuum vaſculum ſibi præberi, & pro prandio duo ova ſorbilia afferri petiit, cumque ante

quo-

quotidie pro menſa Pontificia viginti quinque ſcuta fuiſſent erogata, ipſe nonniſi quatuor ſcuta impendit, reſiduum vero in pauperes diſtribui præcepit, famulis ſuis veſtes ſericas deferre prohibuit, & nonniſi laneis cærulei coloris eos veſtivit; nec ullatenus conceſſit, ut Epiſcopi ejus pedes ſed duntaxat dexteram deoſcularentur, ſicut & ipſe præſentibus cunctis manum ſui Magiſtri Generalis genuflexus diſſuaviatus eſt: cumque Maigrotum Cononenſem Epiſcopum accedere cerneret, exclamavit. *Ah! Maigrote tu Cononenſis Epiſcopus Sanctus es, & ego infelix ſum Pontifex.* Exceperat quidem feſtivas Principum, Præſulum & Legatorum aggratulationes, nonniſi tamen inter lacrimas tam copioſe effuſas, ut cunctis adſtantibus præ animi teneritudine complorantibus tota Urbs lacrimis diffluere videretur. Celebratur die quarta Junii conſueta pompa neo-electi Pontificis inauguratio, in qua die Benedictus omnibus & ſingulis pauperibus eo concurrentibus decem Bajochos diſtribui juſſit, eademque die in Feſto Pentecoſtes duodecim pauperibus cibos propriis ſuis manibus porrexit, ac totidem in Palatio Apoſtolico quotidie prandio excepit, ſæpiusque Peregrinis ipſus pedes lavit. Die decima ejusdem Menſis ad Noſo-

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Sæc. XVIII. A.C. 1724.

Noſocomium S. Spiritus contendit, ibique ægrotis Sacrum Viaticum, atque extremam unctionem adminiſtravit: eadem die anni ſacri gratiam promulgavit, ſuisque in literis hæc notatu digna verba adjecit: *Ne ſupernæ voluntati, cui non eſt, qui reſiſtat, nimium obluctari videremur, impoſito nobis jugo, collum . . . . ſubmiſimus.* Inſuper Rotæ Auditores, Cameræ Apoſtolicæ Clericos, & Signaturæ Miniſtros, qui *votantes* appellantur, adeſſe juſſit, eos hortatus, ut juſtitiæ adminiſtrandæ intentiſſimi, aſſidue ſtudiis vacarent, ac propterea mature domum redirent, nec in fæminarum conſortio ſeſe detinerent; hacque ſuper re vigilem ſe oculum habiturum ſubjunxit: Supplicationem ſolemnem in adorationem SS. Sacramenti in Vaticano decretam dextera facem tenens comitabatur, ipſusque aſſiſtente Cardinale Polignaco Abbatem Tencinum in Embrodunenſem Archiepiſcopum inauguratus eſt. Die duodecima Junii primum, ut vocant, celebravit Conſiſtorium, in quo Congregatos Cardinales his verbis allocutus eſt.

*Venerabiles Fratres!*

*Eſt quidem divinis Inſtitutionibus traditum, ut glorietur Frater humilis in exaltatio-*

*altatione ſua, Iſaiæ libro 9. quo dextera Domini magnificetur in laude, & qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, mirabilium ſuorum gloriam in figmenti infirmitate luculentius oſtendiſſe videatur: Nos tamen dignis Miniſterio Apoſtolico virtutibus noſtrique reatus conſcientia pavidos vicem magis noſtram dolere decet, atque a Judiciis ejus potius timere, quam de exaltatione gloriari: propterea cum primum de ſollicitudine omnium Eccleſiarum Nobis imponenda agere cœpiſtis, merito verebamur, ne Deus terribilis ſuper filios hominum elevans allideret nos, ac ne fortiora ſuſcipientes inconcuſſo pondere contereremur, at vero cum ingenti metu perculſi miniſterium noſtræ imbecillitati jure formidandum detrectaremus, mira illa & officii plena fraternitatum veſtrarum conſenſio certiſſimo Nobis argumento fuit cœleſtium Mandatorum, quibus nefas eſſe duximus diutius obluctari &c.*

Sæc. XVIII. A.C. 1724.

Tertia autem poſt die in Feſto Corporis Chriſti pedibus incedens, quamvis ejus Prædeceſſores duodecim Sacerdotum humeris innixi SS. Sacramentum deferre conſueviſſent, ipſe in publica ſupplicatione Sacram Hoſtiam deferebat. Ceterum hic Pontifex, quamprimum D. Petri Cathedram conſcenderat, tot tamque egregia pietatis ſpecimina edidit, ut in iis omnibus recenſendis Lectoris & meo faſtidioſe abute-

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

abuterer otio: dixiſſe ſufficiat, in maxima hac ſolemnitate nil magnificentius, ſplendidiusque eluxiſſe, quam neo - electi Pontificis paupertatem, humilitatem, pietatemque.

## §. XLII.

### *Benedicti Pontificis vita & geſta ante Pontificatum.*

*Conlin l. c. Guarnac. t. 2. p. 410. Series Rom. Pontif. pag. 390. Vita Urſ. Card. t. 1. pag. 390.*

Benedictus, antea in Baptiſmate dictus Petrus Franciſcus, Patre Ferdinando Urſino Gravinæ Duce, & Matre Joanna Francibana della Tolfa Gravimenti Ducifſa Anno 1649. die ſecunda Februarii in Neapolis Regno primam lucem aſpexit. Enimvero Urſinæ Familiæ decus univerſam pene Europam ab antiquiſſimis retro ſæculis complexa erat. Ex ea enim integrum agmen Ducum, Sanctorum, ac Conſulum Romanorum profluxit: decem etiam Reginæ ad ſublimia Europæ ſolia evocatæ, & duodecim partim Imperatorum, partim Regum Filiæ nuptiali fædere Urſino ſtemmati deſponſatæ immortalem gloriam huic proſapiæ intulerunt. Erat Benedictus Filius primogenitus ac hæres digniſſimus illius Familiæ, quæ cælo duodeviginti Sanctos publico ritu celebratos, & duos quarti ſæculi Martyres, Cathedræ Divi Petri quatuor

Pon-

Pontifices, Sacro Collegio quadraginta quatuor Cardinales & variis Eccleſiis tot Archiepiſcopos, & Epiſcopos totque Viros probitate & morum ſanctitate clariſſimos dedit, ut integrum indeConciliumOecumenicum conflari poſſet. Verum noſter Petrus Franciſcus alieno ſplendore inclareſcere noluit, qui jam a teneris naturæ & gratiæ beneficio ad altiora & cæleſtia præclara animi divinatione adſpirabat: Nondum quartum ætatis annum expleverat, cum jamjam unice volupe haberet, ſacræ Dominicanæ Familiæ habitu incedere, ſuos quoque ephebos eatenus veſtiri voluit, eisque non raro tenella manu bene precari viſus eſt. Puerilia hæc quidem erant, ſat luculenter tamen, quid puer iſte erit, prænuntia: Id ſubodoratus Petri Parens, nullum non movebat lapidem, ut Filium ſuum primogenitum, quem regendo Gravinæ Ducatui, & Principatui Bracciano deſtinaverat, a præpropero cænobitici inſtituti propoſito averteret, ejusque præfervidam indolem in alia ſtudia mature traduceret: Verum Petrus terrenorum tædium diſſimulando impar, indole ad altiora trahente opes, gloriam, poſteritatisque ſpem deteſtari videbatur, ad cælum exporrectis deſideriis. Ut tamen Pater Filii animimum expugna-

Sæc.XVIII. A. C. 1724.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

pugnaret, nobiliſſimas eidem nuptias, acerrimum alias juvenilis cupiditatis incitamentum, parabat; aſt juvenis mollibus hiſce illecebris ſubferocem quemdam animi rigorem opponere jamjam aſſuetus, a concepto conſilio removeri haud potuit: quominus tamen apertam rem aggrederetur, retinebat Parentum reverentia, pœneque Paternæ indignationis terror quidam; decreverat itaque, dum ſors optatior ſe daret, ſilenti animo premere, devorareque illata deſideria. Sed (ſic diſponente Numine) non ita multo poſt explendi conſilii occaſio ſe obtulit; ſtudiis enim humanioribus in patria abſolutis exteras regiones perluſtrandi aviditas plerumque Nobilium Juvenum animos incessere ſolet: Ergo generoſum ejusmodi impetum ſimulans Petrus noſter, ac duodevigeſimum ætatis annum vix egreſſus a Sereniſſimis Parentibus cæteras Italiæ Regiones peragrandi facultatem exorat, ut quibus legibus, moribusque gentes viverent, maturè dignoſcere poſſet. Annuit toto capite Parens, eique itineris ductorem adjungit Melitenſem Equitem nomine Ildarin: Vix Juvenis Venetias appulſus, diſſimulatione depoſita, ad Monaſterium S. Dominici de Caſtello ſe ocyus confert, & ardentiſſimis precibus, quibus

ſu-

ſuaſorias addebat lacrimas, inter S. Ordinis tyrones adſcribi petit, & obtinet, Anno Chriſti 1667. a Patre Vincentio Maria Gentili tum Lombardiæ Provinciali, ac poſtea Januenſi Archiepiſcopo in Sacram Familiam cooptatus. Re comperta Mater præcipui, Affines, & Optimates, ipſe etiam Nuntius Apoſtolicus omnes rationum & argumentorum arietes advolvunt, ut Novitii animum a propoſito dimoverent. Fruſtra Maternæ ſollicitudinis queſtus, fruſtra ſexui luctuique ſueta lamenta, ampliſſimæ ſpes, Aulæ illicitamenta, & patrimonii divitiæ objectantur, Petri tamen conſtantia frangi haud poterat, vox enim ejus una hæc: *Deo ſoli ſerviam*, cuncta tela velut clypeus quidam retudit ac perfregit: Neque tamen de ſucceſſu deſperabant Agnati, atque inter eos præcipue Bracciani Dux improlis ultimos adhibiturus conatus, ad Clementem X. Pontificem ſuos deferebat queſtus, enixe efflagitans, ut Adoleſcentem, non utique intra cænobiticos parietes hærere natum, ſibi, ſubditis ac ſæculo interpoſita ſua authoritate reſtitueret. Non omnis horum importunitati ſucceſſus defuiſſe videbatur; Pontifex enim Principem Adoleſcentem, ut de ſincera ejusdem voluntate certior fieret, Ro-

Sæc. XVIII.
A.C. 1724.

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

mam ad ſe advocavit. Adeſt ille, ſed tanta mentis conſtantia, tamque gravi rationum pondere, arrepti conſilii rationem reddit, ut ipſe Pontifex eidem clementiſſime indulgeret, ut Romam Venetias redux poſt ſemeſtrem probationem, in qua ſeſe jamjam conſummatum probaverat militem, die decima tertia Februarii, Votis ſui Ordinis ſolemniter ſe obſtringeret, nominatus F. Vincentius Maria. Eodem ferme momento primogenituræ prærogativa ſeſe abdicavit, & omne jus ſecundo genito Fratri ſui ceſſit. Dein Bononiæ, poſtea Neapoli ſtudiis tam egregio profectu incubuit, ut Venetias reverſus Theſes Philoſophicas publice non ſine ſummo Auditorum applauſu Anno Salutis noſtræ milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſecundo propugnaret. Poſtea Brixiam miſſus, ibidem Philoſophiam docuit, ſummisque virtutibus tam uberem in Theologia naturali & myſtica eruditionem conjunxit, ut hac ſcientia, & S. Patrum doctrinis probe inſtructus, verni jejunii tempore Romæ ſacris concionibus populum erudiret. Eodem adhuc anno Clemens X. tanti Viri meritis permotus, die vigeſima ſecunda Februarii eundem Sacro Purpuratorum Collegio adſcripſit, quam tamen dignitatem conſtanter recuſavit, donec

Ro-

Roccaberti ſupremi Ordinis Magiſtri imperio adactus, fruſtra oppoſitis humillimis ad Papam literis, lacrimis ac precibus, a refractaria ſua modeſtia deſiſtere compelleretur, id unice a Papa impetrans, ut ſub poteſtate ſui Ordinis, cui ſe unice devoviſſet, Purpuratus perpetuo permanere permitteretur; unde factum eſt, ut nonniſi Ordinis ſui veſtibus uteretur, cunctaque ſui Inſtituti præcepta circa jejunia, vigilias & ciborum abſtinentiam exacte ſervaret, atque ad laudes matutinas ſemper media nocte ad Conventum S. Mariæ ſuper Minervam contenderet. Præcipue humilitati, carnis mortificationi & paupertati intentus, nequidem proprio vehebatur curru, ſed infirmitate preſſus illo, quem ei Mareſcottus Cardinalis commodabat, utebatur. Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo quinto a Clemente X. Epiſcopatum Sipontinum in Apulia invitus acceptare juſſus eſt, quo dimiſſo ab Innocentio XI. Cæſareenſis Epiſcopus, & poſtmodum Beneventanus Archiepiſcopus renuntiatus eſt: In his Epiſcopatibus ſingularia piæ libertalitatis ſuæ monumenta reliquit, Manfredoniæ enim ſeu Siponti Metropolitanam Eccleſiam & Epiſcopale Palatium ſuis ſumptibus erexit, necnon

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

Sæc.XVIII. A.C. 1724.

argenteam ſuæ familiæ ſuppellectilem in Sacra vaſa convertit, Beneventi vero plurima Monaſteria ſacrasque ædes, Seminaria, Noſocomia, & cæmeteria impenſis amplius bis centum ducatorum millibus dotavit, ab imo extruxit, vel reparavit; ipſus e ſuggestu æque ac in patentibus campis ſæpius eadem die ad confluentem populum dixit, moribundos Sacramentis Eccleſiæ munivit, omnium miſerrimos in Hoſpitalibus frequens inviſit, teneram Juventutem fidei rudimentis imbuit, Eccleſias centum & nonaginta ſua manu conſecravit, coactis duobus Provincialibus & totidem Diæceſanis Conciliis diſciplinam Eccleſiaſticam in Clero reſtituit, & commiſſas ſibi Provincias & urbes in pietatis domicilia ſanctiſſimis legibus, verbo & exemplo convertit, ſuamque Diæceſin ut plurimum pedes quotannis luſtravit, Synodumque Provincialem celebravit, in qua ſpolii poſt Epiſcoporum mortem uſitati corruptelam feliciter abolevit, unde gaudio plenus ad Byſſium Cardinalem reſcripſit: *nunc vere canere poſſumus, per nos ceſſavit exactor, quievit tributum.* Tempus ab Apoſtolico miniſterio vacans ſacræ Scripturæ & Patrum Lectioni, necnon Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & nonnunquam Politiorum liter-

literarum ſtudiis ſacravit: menſam ſuam aliunde ſat frugalem non opiparis carnibus aut piſcibus, ſed duntaxat fructibus, oleribusque inſtruxit, atque incænatus cubitum ire ſolitus poſt nocturnam Pſalmodiam ſomnum non repetiit, ſed ſummo mane re Divina peracta, ſtudiis ſacrisque commentationibus operam navavit.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Quam grata autem Deoque accepta fuerit tanti Præſulis virtus, teſtatur præſentiſſimum Cæli auxilium, quo Vincentius Maria inter corruentis Palatii ſui ruinas illæſus ſervabatur; Anno poſt Chriſtum natum milleſimo ſexcenteſimo octogeſimo octavo die quinta Junii Urbs Beneventana tam horrendo terræ motu concutiebatur, ut ædes magna ex parte dirutæ, ipſumque Archiepiſcopale Palatium dehiſcentibus compagibus corruerent, ac Nobilis Beneventanus, qui cum Archiepiſcopo tum colloquebatur, lapidibus obrutus periret; cujus autem patrocinio Archipræſul noſter illæſus remanſerit, non meis, ſed ipſius utpote teſtis omni exceptione majoris verbis in medium adductis deſcribo: Sunt autem hæc:

*Ad honorem Dei omnipotentis, Beatiſſimæ virginis Mariæ Dominæ Noſtræ glorioſique ſancti Philippi Nerii. Ego Pater Vincentius Maria Orſini Ordinis Præ-*

Sæc. XVIII. *dicatorum, infelix peccator & ex Divina Po-*
A. C. 1724. *tientia ſacræ Romanæ Eccleſiæ Presbyter*
*Cardinalis tit. ſancti Xiſti, Eccleſiæ Bene-*
*ventanæ indignus Archiepiſcopus, teſtificor*
*etiam cum Juramento, circumpoſitis ſan*
*Evangeliis, qualiter adveniente propter mea*
*peccata terræ motu in mea civitate Bene-*
*ventana die Sabbathi quinta Junii Anni*
*1688. vigilia ſacratiſſimæ Pentecoſtes, hora*
*vigeſima cum dimidia, dum eram in meo*
*cubiculo poſito in ſuperiori parte meæ Do-*
*mus Epiſcopalis ſimul loquens cum quodam*
*nobili Diœceſano, expectans nuntium, ut*
*deſcenderem ad veſperas in Eccleſiam, ſu-*
*pradictum meum cubiculum corruit vi terræ*
*motus & pavimentum ubi eram, etiam cor-*
*ruit cum cubiculo, quod erat ſubtus, quod*
*etiam ex parte corruit, & ego cum ſupra-*
*dicto nobili Diœceſano cecidi usque ad ca-*
*meram horrei, & fuimus cooperti ſax*
*omnium ædificiorum, quæ ſupra nos delap*
*ſunt, varia tamen fortuna, nam ille reman*
*extinctus, & ego illæſus evaſi, caput meum*
*defendentibus aliquibus arundinibus, quæ*
*ſupra me fecerunt quaſi tectum ſufficiens ad*
*cooperiendum Caput & ad commode reſpi-*
*randum. In cubiculo, ex quo cecidi era*
*armarium ex nuce plenum ſcripturarum*
*in quo cuſtodiebam involutas omnes ima*
*nes, exprimentes hiſtorice acta celebra*
„vitæ ſancti mei Protectoris Phili
„Nerii, cum propoſito illas colloandi
„Dom

„Domo, quam ædificaveram extra ci- Sæc.XVIII.
„vitatem in loco dicto *la pace vechia*, A.C. 1724.
„idem armarium conſedit ſuper illud
„fragile tectum arundineum, quod co-
„operiebat caput meum ſicuti dixi;
„quamvis clauſum fuiſſet clavi, aper-
„tum eſt ex ſeipſo, & exierunt imagi-
„nes repræſentantes vitam ſancti, quæ
„omnes me circumdederunt, & ſub
„capite erat illa, quæ repræſentabat
„ſanctum Orantem, & videntem *Bea-
„tiſſimam Virginem* ſuſtinentem trabem
„veteris Eccleſiæ Vallicellanæ, quæ
„exierat e loco ſuo. Supra dictum ar-
„marium ceciderat ingens ſuperlimi-
„nare marmoreum magni ponderis, &
„hoc non obſtante, per totum ſpatium
„temporis, quo ſepultus remanſi in-
„ter ruinas, non ſenſi moleſtiam, non
„pondus, non gravitatem: imo ex ſpe-
„ciali gratia, continuo voce alta potui
„recitare aliquas preces, ſemper habui
„liberum rationis uſum, commendans
„me *Deo & Sanctis* cum firmiſſima fide
„de mea liberatione. Aſſerunt mei fami-
„liares, me fuiſſe inter ruinas ſepultum
„ſpatio unius horæ, aut horæ cum di-
„midia, ſed mihi ex nova gratia viſus
„ſum permanſiſſe tantum ſpatio unius
„quadrantis. Interim venit Pater Le-
„ctor Bonaccorſi Ordinis mei vocans
„me ſuper illum cumulum Saxorum,

Sæc. XVIII
A. C. 1724.

„& ſtatim ipſum audivi, ipſeque vocem
„meam pariter audivit, licet non clare
„dignoſceret verba mea, & ſimul cum
„D. Canonico Paulo Farella incepe-
„runt me ex ruderibus educere: inde
„ſupervenerunt alii duo, quorum auxilio
„e ſaxis me extraxerunt, & eſt ſpeciali
„animadverſione dignum, quod ipſis
„operantibus lapides ſejuncti, præci-
„pitesque cadentes, nec ipſis nec mihi
„noxam aliquam intulerint. Poſtea-
„quam extractus fui ex ruinis, ſupra-
„dictus Canonicus ſub capite meo in-
„venit memoratam Imaginem ſancti mei
„Patroni, & alter ſtatim cum me vi-
„dit, caſu accepit unam ex imaginibus
„prædictis, quæ circum me erant, &
„mihi illam præbuit, ut deoſcularer,
„& inveni illam eſſe imaginem repræ-
„ſentantem miraculum, quo Sanctus
„morte vivum excitavit Paulum de
„Maximis, & ita fui ex ruinis extractus,
„& abductus extra portam civitatis
„cum multis vulneribus in capite, in
„manu dextera & pede dextero & ta-
„men vulnera nullo dolore me afflixe-
„runt, imo eadem veſpera accepi pro
„manibus Sacramentum Euchariſtiæ:
„Sermonem habui ad populum & in-
„firmo adminiſtratus ſum viaticum, ſo-
„lum Oculi ex multitudine ruderum
„quæ ſupra me ceciderunt, fluxio-

„ſu-

„fuerunt afflicti, quæ licet cum aliquo „incommodo viſionis, fuit tamen ſine „dolore. Beneficia Sancti mei intra hos „limites non continentur, quoniam „ſervavit, a ruina quaſi totius meæ Domus Epiſcopalis totam numeroſam „familiam meam, omnes Officiales, mi-„niſtros, ſatellites, & Executores mei „tribunalis, omnes hoſpites, & curia-„les, unus tantum ſervus a pedibus in-„teriit, qui extra Domum erat, & in „Epiſcopali Domo mortui remanſerunt „ſolum pauci exteri, qui non advene-„rant occaſione mei tribunalis. Libera-„vit pariter Sanctus Dominos Presbyte-„ros Congregationis Miſſionis, a me „vocatos in civitatem, & cum ipſis „omnes Seminarii Alumnos, quamvis „lapſum fuerit ſeminarium, quocirca „ad gloriam mei Sancti dicere poſſum, „quos dediſti mihi, (ſiquidem ipſi re-„fero acceptum honorem Archiepiſco-„patus) quos dediſti mihi, repeto, „non perdidi ex eis quemquam. Vo-„luit enim Sanctus renovare in me in-„digniſſimo Epiſcopo, quod accidit An-„no 587. Antiochiæ occaſione terribilis „terræ motus, qui occidit ſexaginta „millia hominum, quum Epiſcopus „Gregorius cum ſuis eſſet liberatus, „licet Domus ejus, ſicut mea, ceci-„diſſet. Ulterius inter ruinas omnium

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Sæc. XVIII.
A C. 1724.

„ædificiorum meæ civitatis meus San-
„ctus conſervavit Archivum Epiſco-
„pale, Cancellariam, Cameras Vica-
„rii, in quibus erant multæ Scripturæ,
„Bibliothecam Capituli Metropolitan.
„in qua inveniebantur Scripturæ ma-
„joris momenti meæ Eccleſiæ. Adma-
„jorem mei confuſionem perſeverant
„ſuper me miſericordiæ mei Sancti,
„quoniam cum die Veneris 13. Cur-
„rentis Menſis Junii veniſſem ad vene-
„randum ejus Sacellum in Eccleſia Pa-
„trum Oratorii Neapolis, exiens ex
„illo ceciderunt e meo capite omnes
„cruſtæ vulnerum, & omnia compla-
„nata manſerunt, quamvis in vulnere
„ſupercilii eodem die Veneris mane
„fuiſſet inventa Sanies, & in oculi
„hodie die Martii 22. Junii ex bene-
„dictione mei Sancti multum conva-
„leſco, firmiter ſperans, quod meus
„Sanctus, quod cæpit, perficiet con-
„expectationem trium celebrium Medi-
„corum, qui ex inſpectione oculo-
„meorum poſt prædictum infortunium
„putabant eos eſſe taliter læſos a rui-
„ribus, ut præter fluxionem jam ce-
„diſſet in ipſos velamen quoddam,
„cujus infirmitate oculorum labora-
„continuo debuiſſem, ut ex atteſtatio-
„nibus eorumdem infra ſcriptis ap-
„ret. Hinc ex fiducia quam ſem-
„firma-

„firmam habui erga Sanctum meum, Sæc. XVIII. A. C. 1724.
„reſpuens uſum remediorum natura-
„lium, ex ſola applicatione Reliquiarum
„ipſius experior valetudinem prædi-
„ctam, & a primo introitu, quem feci
„in ejusdem ſacellum veſpere prædicti
„diei decimi octavi Currentis Menſis,
„non valens ſuſtinere usque ad illud
„tempus viſum etiam parvæ facis ac-
„cenſæ, exii ab illo geſtans in manibus
„cereum quatuor luminum absque læ-
„ſione etiam parva in pupillis. Quare
„ad perpetuam memoriam maximi be-
„neficii, quod Sanctus elargitus eſt
„mihi, & ad gloriam ejusdem, qui erga
„me miſerum peccatorem operatus eſt
„tam grande miraculum, & tot excelſa
„prodigia, & ut in dies magis creſcat
„devotio populorum erga tam benefi-
„cum, & benignum Protectorem, ſu-
„pradictam Narrationem regiſtravi, &
„ſigillo firmavi, ne de ejusdem validi-
„tate quis dubitare poſſit. „

Datum Neapoli in meo conventu S. Catharinæ apud formellum die Martis 22. Junii 1688.

*Fr. Vincentius Maria Cardinalis Urſinus Archiepiſcopus Beneventanus.*

Hoc

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Hoc autem teſtimonium quoad indiſpoſitionem oculorum tres Medicæ artis peritiſſimi ſua fide firmabant. Hoc periculum Divina ope eluctatus Archipræſul primas eo curas intendit, ut levamen præſtaret civium deſperationi, ruinis pene ſuccumbentium; cum enim quamplurimi nec tectum, ſub quo ſe reciperent, nec pecunias haberent, quibus dirutas ædes extruere poſſent, ac propterea patriam relinquere decreviſſent, his Archiepiſcopus noſter larga manu aurum ad ædes ſuas e ruderibus ſuſcitandas ſuppeditavit, in egenos annonam, & pecunias tanta liberalitate effudit, ut illati damni veluti immemores amore ſui Paſtoris ac Patroni ferme omnes Beneventi permanerent. Sublevato ita grege ſuo Cathedralem, aliasque Eccleſias, & Noſocomia in ſaxorum acervum converſa ab imo longe magnificentius extruxit, totamque civitatem venuſtiorem reddidit. Interfuit comitiis Innocentii XI. Alexandri VIII. Innocentii XII. & Clementis XI. & Innocentii XIII. quibus abſolutis Beneventum regreſſus, nihil de priſtina vitæ ſeveritate remiſit, quotidie quosdam Religioſos ad prandium vocavit, & juxta D. Caroli Borromæi exemplum eos tot cumulavit beneficiis ac favoribus, ut eum ab illorum nuper-

pendere, cavillarentur nonnulli. Tot tantaque merita haud aliter quam ſuprema Eccleſiæ dignitate in terris præmiari poterant, præluſerant etiam haud obſcura vaticinia; dum enim Fabius Caracciolus Rotæ Romanæ Auditor Patris Dominici Vivæ tractatum de Jubilæo Anno Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo typis ederet, in ſua epiſtola nuncupatoria Vincentio Mariæ Archiepiſcopo haud obſcure præſagiebat, fore, ut ipſemet Jubilæum Anno 1725. indicturus eſſet. Verba illius ſunt hæc: Sæc. XVIII. A. C. 1724.

*Dum vel dignitatem tuam, Eminentiſſime Princeps, vel rerum a te geſtarum amplitudinem, animo complector, non ſine aliquo fortaſſe Numinis afflatu ſic ſtatuendum cenſeo, Te, qui nunc libros de anno ſancti Jubilæi privatis auſpiciis ad publicam utilitatem foro committi imperas,* POST QUINQUE LUSTRA, *Pontificia authoritate diploma de Sancto Anno indicendo promulgaturum.*

## §. XLIII.

### *Thorunenſium tumultus contra Catholicos.*

Quamvis ipſimet Proteſtantes Romam ſub tam ſancto ac Venerando Capite triumphantem magna admiratione ſuſpenſi deprædicarent, nihil tamen a ſana- *Hiſt. Univ. tom. 9. Period. I. c. I. p. II.*

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

*Gazette de Düſſeld. 21. Jan. 1725.*

fanatico ſuæ ſectæ ſtudio, nil a vatiniano in Catholicos odio remiſerunt, ſed aucto furore Catholicos in ſuæ Religionis exercitio interturbare certarunt. Cum enim hoc anno Catholici in oppido Burgen Veldentienſis Ducatus ad ſuam Eccleſiam ſolemnem ducerent ſupplicationem, Calviniani cives æris campani ſonitu acciti, fuſtibus, ac ſudibus in innocuos deſævire cæperant, eosque non ſine vulneribus domum reverti compulerant: nec etiam Religioſis Hamerslebienſibus in Halberſtadienſi Principatu, uti tamen promiſſum erat, reditus reddebantur, ne Proteſtantes a ſua ſententia, qua in Religionum diſſidiis repreſſalia opponere, licitum eſſe, Ratisbonæ propugnabant, receſſiſſe viderentur. Graviores adhuc tumultus ex leviſſima cauſſa Lutherani ſuſcitabant Thoroni in Boruſſia Polonica; cum enim Catholici hoc anno die decima ſexta Julii ſolemnem proceſſionem pro more per cæmeterium deportato Sanctiſſimo Sacramento inſtruerent, petulans quidam juvenis Lutheranus protervo vultu adſtans, nequidem pileum movit: Hanc injuriam Deo per contemptum illatam diſſimulando impar Studioſorum quidam Catholicus, manu Lutherano pileum decuſſit. Enorme Religionis gravamen

vamen! grande piaculum, nonniſi Catholicorum cæde, Templorum devaſtatione, ædiumque Catholicarum direptione expiandum! Reipſa velut ex condicto mox Lutherani catervatim convolant, & Studioſum horrendi ſceleris reum verberibus male mulctant, ac tandem in carcerem abripiunt: Studioſi Catholici eundem primo a Regio Burgravio, poſtea a Gubernatore in libertatem aſſeri petunt, ac ipſemet Collegii Ieſuitici Rector eundem perdemiſſe repetit, ſed incaſſum omnia, hac repulſa nondum irritati Catholici civem, qui ſtudioſum verberibus affecerat, adeunt rogantque, ut ejus libertatem procurare velit, hic vero alium adhuc ex Studioſis captivum abduci curat: nihilominus Catholici rurſus ſupplices Gubernatorem adeunt ſed ab ejus famulis domo ejiciuntur, inde vero Catholici Studioſi magis exacerbati ſtudioſum quemdam Lutheranum in platea obvium comprehendunt, atque ad Gymnaſium ducunt: Hunc mox liberum dimitti, a P. Rectore petit urbis Gubernator, nec cunctanter dimitti ſpondetur, dummodo viciſſim captivi duo Studioſi Catholici libertati redderentur: Nondum tamen auditur P. Rector, ſed Senatûs Thorunenſis Secretarius graves etiam in eum minas inten-

Sæc. XVIII. A.C. 1724.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

intentat: nec in his ſiſtitur, ſed con-feſtim Lutherani cives armati Gymna-ſium circumſiſtunt, clauduntur Urbis portæ, ne Catholica ſuburbia ſuppe-tias venirent, milites quoque civitatis Lutherani a tergo furentis plebeculæ ſtant armati, horumque præſidio ar-mati Lutherani effractis foribus in Col-legium, Gymnaſium & Templum Jeſui-tarum irruunt, ſuppellectilem in cubi-culis, ſcamna, cathedras in Scholis, & obvia quæque confringunt, arri-piunt, Sacras imagines & ſtatuas con-ſcindunt, evertunt, proculcant & in ignem, quem in platea in lætitiæ ſi-gnum excitaverant, inter clamoroſas blaſphemias projiciunt: Patrem quoque Wolenskium Jeſuitam, qui vim ſacrile-gam prohibere nitebatur, ferro & ſudibus proturbant. Tanta tamen ſubditorum mi-mina & violentias Thorunenſis Magi-ſtratus, ac Lutheranus Urbis Præfe-ctus indulgenti oculo & complicatis manibus intuebantur, quos tamen of-ficii ſui ratio monuiſſet, ut publicas haſce turbas tempeſtive ſedarent: unde Lutherani projecta & effrenata teme-ritate ac rabie ad deteriora prolapſi fuiſſent, niſi eos Polonicus miles præ-ſidiarius diſperſiſſet: paulopoſt tamen reſumpta furendi cupiditate unum e militibus, qui vim arcere conabantur, inter

interficiunt, atque in globum coacti irrumpunt in Collegium, illudque ſpoliant ac devaſtant. Quinque omnino horas, connivente Senatu, inſana hæc ferocia ac tumultuatio Lutheranorum tenuit, Sacra & profana uno miſcentium interitu. Sæc. XVIII. A. C. 1724.

## §. XLIV.

### *Seditioſi Lutherani promeritis pœnis mulctati.*

Ad tam deteſtandum facinus, auſusque ſeditioſos infremuit Polonica Natio potiſſimam partem Catholica; non ſine indignatione recordabantur Catholici, quod Proteſtantes, quibus non ita pridem unice pacis publicæ ſtudio Thoruni liberum Religionis exercitium per pacem Olivenſem indultum fuerat, nunc eodem pacis beneficio ad vexandos Catholicos abuterentur, eos in avito ſuæ Religionis exercitio turbarent, & a petulante juvene injuriam deſpectumque publice Deo illatum, & nonniſi pilei decuſſione vindicatum in violentiæ & ſeditionis ac inſolentiæ ſuæ prætextum vertere auderent, perinde acſi indulta tolerantiæ gratia illis truculentam, petulantemque vim in perſonas & Catholicorum Sacra inferendi jus tribuiſſet: Eapropter Augu-

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

ſtus Rex & Poloniæ Reſpublica præprimis in totam rei geſtæ ſeriem exacte inquiri juſſit, hancque in rem Ploskovienſem. & Cujavienſem Epiſcopos, necnon Principem Lubomirkyum ſupremum Regni Camerarium, Culmenſem Palatinum, pluresque alios Palatinos & Senatores numero viginti tres Thoronum die decima ſexta Septembris deputabat, qui auditu utraque parte probe & exacte cuncta diſcuterent, & ad Regium Senatum referrent, ut quod jus & fas eſſet, decerneretur. Excipiuntur centum ſexaginta teſtes, qui unaomnes depoſuere crimina, ſacrilegia, & petulantiasmox recenſitas a Lutheranis ſine omni cauſa excitatas, & certo certius ex condicto, ac indulgente Rösnero Urbis Præfecto & Senatu fuiſſe executioni datas. Ut vero de cauſſæ juſtitia, & judicii æquitate adhuc luculentius conſtaret, Rex Varſaviæ novum tribunal, quod *Aſſeſſoriale* dicitur, erexit, ubi coram Regni Cancellario & Provinciarum Deputatis ad hæc comitia convocatis & pro rei gravitate adjunctis adhuc aliis quadraginta Aſſeſſoribus hæc cauſſa die ſecunda Octobris rurſus recognita dijudicabatur: Præſentibus his, in Catholicorum favorem Advocatus validis rationibus demonſtratum ibat, in his crim-

crimine involvi plura, & quidem contra univerſam Rempublicam Chriſtianam, totam Europam, totamque Nationem Polonam patrata ſcelera, eoquod hi ſeditioſi Catholicæ Religionis ſanctitatem, tranquillitatem publicam violaſſent, ſimulque Nationis fidem, auctoritatem ac jura invaſiſſent. Præterea Advocatus B. V. M. imaginem a Lutherana plebe in cineres redactam referebat, aliam vero pugionibus transfoſſam & ſacrilege dilaceratam Regiis Senatoribus exhibuit. Iſte vero, qui pro Lutheranis perorabat, vim a Catholico Studioſo fuiſſe inchoatam, & nonniſi a levi plebecula continuatam, nec Lutheranos vim adhibuiſſe ajebat, niſi poſtquam Catholici ex Gymnaſio circumſtantes cives lapidibus, & ſcloporum ictibus impetere auſi fuiſſent: verum hæc levi brachio fuere diluta, eoquod injuriam, ſi qua fuiſſet, petulanti Lutherano illatam privata auctoritate, & ſeditioſa manu armataque vi, direptionibus, cædibusque & rapinis ulciſci non liceret, & plebeculæ furor ab ipſo Magiſtratu in tempore coerceri debuiſſet, potuiſſetque, denique de lapidum glandiumque jactu accuſationi nec fidem nec veritatem conſtare, plurimorum teſtimonio comprobatum eſſet. Producuntur etiam coram Lubomirskio

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Sæc. XVIII.
A. C. 1724

ceteriſque Judicibus rei, quos inter Rosnerus baculum in manu tenuit, ac deſuper interrogatus reſpondit: *rude donando competit baculus:* cunctis per juratos teſtes convictis, ac re denuo ad examen vocata tandem Regii Commiſſarii ſententiam Thoruni pronuntiarunt, vi cujus quidam ex reis morte, alii carcere, alii mulcta pecuniaria plecterentur: Senatus vero Thorunenſis non amplius ſolis conſtaret Lutheranis, ſed media parte ex Catholicis, admi-litiam quoque Urbis Officiales religione Catholici admitterentur, & Templum B. V. Mariæ, Bibliotheca, aliaque huc attinentia ad Franciſcanos transferrentur: Lutheranorum Gymnaſium uno lapide ab Urbe ſedem figeret, & deni-que duo Lutherani Prædicantes hujus tumultus incentores, Geretus & Olowus proſcriberentur.

Ejusdem ferme tenoris erat ſententia Tribunalis Varſovienſis, decretumque, ut Rösnerus Præſes urbisque Præfectus, necnon Zerningus Vice-Præſes capite truncarentur, atque ex eorum bonis damna Jeſuitis illata reſarcirentur, tres vero præcipui tumultus Authores abſciſſa dextera capite plecterentur, eorum corporibus quadrifariam ſectis atque in ignem conjectis, tredecim alii capite, Burgravius vero trimeſtri ... ali...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

alius Officialis ſemeſtri carcere damnati in perpetuum ad publica officia inhabiles eſſent. Graurockius autem Urbis Tribunus & Zilberus Aromatarius tredecim menſium cuſtodia præter mulctam pecuniariam pro Statua in honorem B. V. erigenda convertendam caſtigaretur. Dies decima ſexta Decembris explendæ huic ſententiæ præfixa eſt, ipſa vero executio Principi Lubomirskio, aliisque Regiis Commiſſariis demandata. Ultricem juſtitiam exercendi tempus prævertere, urgentes ſuadebant rationes, die ergo octava Decembris Rösnerus Præſes unacum aliis novem in Prætorii foro capite plexi ſunt, alii etiam juxta ſententiæ præſcriptum ſuæ rebellionis promeritas luebant pœnas. Pluribus adhuc reis, & præcipue Zerningo Vice-Præſidi ad enixas uxoris ſuæ religione Catholicæ & Jeſuitarum preces vitæ venia data eſt. Magiſtratus vero Regiis Commiſſariis in ſumptuum compenſationem bis mille nongentos quinquaginta Ducatos numerare, & Jeſuitis duos Pagos tamdiu cedere compellebatur, donec viginti duo Polonicorum florenorum millia fuiſſent ſoluta.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Quantos vero motus juſtiſſima hæc executio inter Proteſtantes concitarit, eo majorem meretur admirationem,

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

quo exploratius eſt, quod ſi Catholici in civitate Lutherana contra Proteſtantes tantam violentiam, cruentoſque tumultus concitaſſent, hi certe ſolo reorum ſupplicio contenti non fuiſſent, ſed in omnium Proteſtantium regnis & Provinciis commune Catholicorum excidium & Religionis exterminium potenter procuraſſent. Nihilominus Suevus, Pruſſus, Anglus, & Danus Reges, imo & ipſi Hollandi & Danticani, quamvis hi poſteriores ob parem, futilemque cauſſam ejusmodi truculentiæ olim ſeſe reos feciſſent, cælum terramque in Catholicorum vindictam armarunt. Pacem Olivenſem eſſe violatam queruntur, cum tamen Catholici nec in minimo Lutheranis indultam Religionis libertatem impetiiſſent, ſed potius Lutherani a publico Euchariſtiæ deſpectu rebellionem inchoaſſent. Accuſant Judices de nimia præcipitantia, & partium ſtudio, ſatisfieri Lutheranis, eosque in integrum reſtitui petunt, minasque intentant. Finckius quoque Anglici Regis Orator datis ad Auguſtum Poloniæ Regem literis poſtulavit, ut Thorunenſibus Scholæ, Templa, & Urbi ſua privilegia, Magiſtratibus Præconibuſque ſua munia necnon Proteſtantibus in Bouruſſia Polonica, in Polonia & Lithuania

thuania plena ſectæ libertas reddere- Sæc. XVIII.
tur: ſecus viginti ſex Epiſcopi totam A. C. 1724.
cauſſam Parlamento ſint expoſituri, & viam facti adhibere, necnon contra Catholicos in Anglia agentes Retorſionis jure uti, neceſſe eſſet, omnesque Proteſtantes ex Polonia in Angliam profugi ſumptibus Catholicorum recipiendi forent. Verum ad hæc a Comite Flemmingo reſponſum, immerito Poloniæ Regi imputari, quod innocentum ſanguine ſolium ſuum polluiſſet; hujus tumultus cauſſam exſtitiſſe ipſum Thorunenſem Magiſtratum, qui Religionis odio furentem plebem cohibere neglexiſſet: de cetero Angliæ Rex, ceterique Proteſtantes perſuaſum ſibi haberent, hac in re nil temere actum, nil a Rege ejusque Senatu præcipitatum, ſed cuncta non modo ab Eccleſiaſticis ſed & Laicis ſummæ integritatis Senatoribus probe, mature, diu & exacte diſcuſſa & penderata, donec ſententia ferretur: nec tamen Regem aut Polonam Nationem obſtrictam eſſe, ut de iis, quæ in ſuo Regno agerent, exteris Principibus rationem redderent, quæcunque autem acta eſſent, ſecundum Regni leges fuiſſe acta, & violentas ſubditorum ſeditiones, concuſſiones, rapinas, ſacrilegia, enormesque exceſſus in nullo regno recte

*Vid. t. 64. §. 75. pag. 222.*

 ordi-

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

ordinato impunes fore; ſententiam autem hanc eſſe debitam ac juſtiſſimam delictorum pœnam, nec pertinere ad exteros de ejus juſtitia judicare, nec viciſſim Polonos inquirere, quid alibi agatur, an in Pruſſia, Anglia &c. juſte ſint Catholicorum oppreſſiones, bonorum proſcriptiones &c. Sed nec eos velle, ut ſibi exteri leges præſcribant, quærantque, quid in Polonia agatur. Si autem Finckius plura ſcire vellet, Lithuaniæ Pro-Cancellarium Principem Czartorinskyum conveniret.

Eadem hæc erat quoque vox & ſenſus totius generoſæ Nationis Polonæ; nihilominus tamen Auguſtus Rex, ut exteris Principibus omnem cavillandi anſam præriperet, Regni Primati negotium dedit, ut Senatum, in quo hac ſuper re denuo deliberaretur, convocaret: Huic Regis mandato paruit quidem Primas, ſed Regi mox reſcripſit, cunctos Polonos Proceres, tam Eccleſiaſticos quam Laicos declaraſſe, nolle ſe ab exterorum arbitrio & judicio dependere; hac igitur in re nil conſultius eſſe, niſi ut Rex ipſemet Varſaviam veniret. Hic ergo die trigeſima prima Julii Dresdis profectus, die undecima Auguſti Varſaviam venit. Regem ſequi paraverat Finckius, qui tamen, eoquod tam ſui Regis nomine

quam

quam ex ore Proteſtantium Ratisbonæ agentium duriora contra Nationem Polonam effutiiſſet, nequidem ad comitia admiſſus eſt, ſed ei reſponſum ad Regis ſui epiſtolam Ravæ, urbe Varſavia tredecim leucis diſtante, tradebatur: in comitiis vero nil aliud concluſum, niſi ut Thorunenſibus Lutheranis ſectæ libertas ea tamen lege confirmaretur, ut viciſſim Proteſtantes Catholicis in ſuis ditionibus parem libertatem concederent, & Pruſſiæ Rex cuncta damna Warmienſi & Cujavienſi Diæceſibus illata, necnon novationes Elbingæ invectas tolleret. Interim tamen Poloni provide arma parabant, & Lubomirskyus Princeps annis meritisque gravis declarabat, quod ſi res ad belli ſacri neceſſitatem deveniret, & ipſe ob virium imbecillitatem equum conſcendere haud poſſet, equi ſellæ loris alligari vellet: Sequenti autem anno Rex Boruſſiæ Polonorum repulſa offenſus, ab eis poſtulavit, ut ſublatis in Polonia & Lithuania teloniis ſal Halla in Boruſſiam ſine vectigali transferretur, & Poloni transfugas Boruſſos remitterent, eidem *Regis* titulum tribuerent, atque Epiſcopum Cujavienſem punirent, eo-quod alienum in territorium Sacerdotes Catholicos induxiſſet, denique Rex ſibi rationem reddi petiit, cur ejus

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

 depre-

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

deprecationem pro Thoronenſibus non admiſiſſent. Verum ad hoc reſponderunt Poloni, præter plurima alia gravamina præprimis abolendam eſſe violentiam, qua Boruſſi e Polonica ditione incolas vi raptos ad militiam cogunt, de cetero autem ab extero Rege leges acceptare, Polonis inſolitum eſſe.

## §. XLV.

### *Franciſci Pauli de Villeroy Lugdunenſis Archiepiſcopi formularium pro acceptanda Conſtitutione.*

*Dorſan. Journal t. 2. p. 202. Lettre du P. Honore C. D. ſur la Profeſſ. des Miſſion. de Lyon.*

Hoc item anno Franciſcus Villaregius Lugdunenſis Archiepiſcopus Filius Franciſci Villaneufe Ducis de Villeroy, qui ex ſuo exilio non ſine ſummo populi plauſu Pariſios hoc anno revocatus fuerat, Menſe Aprili formularium edidit, cui ab omnibus ſuæ Diœceſis Eccleſiaſticis ſubſcribi præcepit: Erat autem illius tenor ſequens:

„Formulario, quo Eccleſia internam cordis & animi ſubmiſſionem exigit, ſubſcribo & ſemper ſubſcribam.

„Semper recepi, & iterum eodem animo eademque veneratione & ſubmiſſione recipio omnes Conſtitutiones dogmaticas a S. Sede emanatas & a

„Ec-

„Eccleſia receptas, & nominatim Con- Sæc. XVIII.
„ſtitutionem *Unigenitus.* „ A. C. 1724.

„Cum omni veneratione me ſub„jicio ſententiæ contra librum Refle„xionum moralium latæ, & Propoſitio„nes CI. inde extractas eodem modo „condemno & quidem ſub iisdem cen„ſuris, & in eodem ſenſu, quo Papa, „& Præſules congregati damnarunt, „Conformo me Inſtructioni Paſtorali „Anno 1714. & Corpori doctrinæ An„no 1720. a noſtris Superioribus Car„dinalibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis „circa Bullam *Unigenitus* edito, ad „præcavendos falſos & contortos ſen„ſus, qui ad eludendam cenſuram erro„rum in CI. Propoſitionibus proſcripto„rum attribui poſſent, & quibus Scholæ „Catholicæ ſuas opiniones in Eccleſia „receptas & permiſſas tradendi liber„tas adimeretur.„

„Damno appellationem a Bulla *Uni„genitus*, nec eidem appellationi adhæ„reo, ſed reverenter me judicio ſub„jicio noſtrorum Præſulum Majorum, „qui hanc appellationem tanquam nul„lam, temerariam, ſcandaloſam & „Sacræ Sedi injuriam damnarunt.„

Huic formulæ omnes Sacerdotes, & utriusque ſexus Regulares ſubſcripſere, exceptis Sacerdotibus Oratorii, propterea interdicto mulctati. Miſſionarii Lugdu-

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Lugdunenſes Sancti Joſephi jam die decima tertia Martii formularium, ſeu fidei profeſſionem Archiepiſcopo tradiderunt, plane æquivocam & ſubterfugiis & ambiguitatibus ſcatentem, ut hoc artificio errorem in ipſo veritatis gremio occultarent: primo enim articulo exponebant, *ſe corde & ore omnes hæreſes a S. Eccleſia Catholica, Apoſtolico-Romana damnatas deteſtari*, dein *ſe nunquam quicquam Eccleſiæ deciſionibus contrarium credidiſſe, nec unquam adjuvante Deo quicquam credituros aut dicturos*. At nullus hucusque exſtitit Janſeniſta, qui non cunctas hæreſes ab Eccleſia damnatas deteſtatus fuiſſet, omnes tamen dicunt, quod Eccleſia quinque propoſitiones non in ſenſu Janſenii, ſed Calvini damnarit; aperte ergo profiteri debuiſſent, ſe Janſenii & Quesnelli hæreſes, & illius quinque, hujus vero CI. Propoſitiones in ſenſu proprio & naturali horum Authorum deteſtari. II. Profitemur, *nos ſemper Doctrinæ S. Thomæ in Theologicis inhæſiſſe, ejusque ſummam explicaſſe, nosque conformare Theologorum ſuæ Scholæ principiis, hujuſque S. Doctoris interpretibus aut commentariis conformare.* Id ipſum quilibet Janſeniſta jactitat, quamdiu hujus Doctoris Doctrina eorum erroribus non adverſatur, tum vero illum ad ſenſum re-

probum

probum detorquent, aliunde etiam opi- Sæc. XVIII. A. C. 1724.
niones doctrinæ S. Thomæ contrarias etiam circa fidem tradunt. III. *Profitemur, nos in uſu & adminiſtratione Sacramentorum ſequi Regulas a Rituali Romano præſcriptas & monita S. Caroli per noſtros Franciæ Præſules nobis commendata:* verum hi Patres non omnia, ſed duntaxat aliqua ejusmodi præcepta ſequebantur, in pluribus etiam articulis Abbatis San - Cyrani, Arnaldi & Quesnelli principiis inhærentes, per plures menſes & annos ob leves culpas pœnitentibus ſuis abſolutionem denegabant, eisque pœnitentias ridiculas & nequidem practicabiles imponebant. IV. *Formulam, qua Eccleſia internam cordis & animi ſubmiſſionem exigit, ſine reſtrictione & conditione ſignamus, & ſemper ſignabimus.* Cur autem non addiderunt: *pure & ſimpliciter, ſine diſtinctione quæſtionis facti & juris?* dicunt quidem, quod Eccleſia ſubmiſſionem &c. exigat, ſed non profitentur, quod ipſi talem ſubmiſſionem exhibeant. V. *Cunctas Conſtitutiones dogmaticas a S. Sede emanatas, & ab Eccleſia receptas ſemper in eodem ſpiritu & ſubmiſſione recepimus, & ipſam etiam Conſtitutionem* Unigenitus *recipimus.* His tamen verbis *eodem ſpiritu* &c. ſubintelligebant externam duntaxat ſubmiſſionem & ſilen-

tium

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

tium obſequioſum ab Eccleſia damnatum, ſicut lex injuſta recipitur ob reverentiam illius, a cujus legitima auctoritate eſt condita, & cui quilibet privatus ſe exterius ſubjicere tenetur. VI. *Conformamus nos Inſtructioni Paſtorali 1714. & Corpori doctrinæ, circa eandem Bullam, prudenter confectæ ad praecavendos ſenſus falſos & alienos & S. Sedis & Præſulum intentioni contrarios, quibus errorum in CI. Propoſitionibus damnatorum cenſura eludi, & Scholis Catholicorum ſententias in Eccleſia receptas & probatas tradendi libertas adimi poſſet.* Cur autem non profitentur, ſe damnare CI. Propoſitiones Queſneli, dein falſum eſt, Corpus doctrinæ a Gallis Cardinalibus, Archiepiſcopis &c. fuiſſe promulgatum, vel a Franciæ Epiſcopis poſitive approbatum; nam hi duntaxat declarabant, illud nihil fidei Catholicæ contrarium continere, imo plures Franciæ Præſules illud omnino rejecerunt, uti Nemauſenſis, Vapicenſis, Santonenſis, aliique Epiſcopi, quorum quidam contra hoc Corpus doctrinæ ſuos calamos acuerunt, alii ſuam ſubſcriptionem revocarunt. VII. *Submittimus nos reverenter ſententiæ contra Reflexionum Moralium librum latæ, quæ CI. Propoſitiones inde extractas damnat, eodem modo & ſub iisdem cenſuris, eodemque ſpiritu, quo Papa &*

*Vid. mandat. Epiſcop. Nemauſ. pag. 2.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

*& Præſules eas condemnarunt.* Ex propria verborum ſignificatione patet, quod has propoſitiones non abſolute damnent, cum non exprimant, quod ſeſe huic ſententiæ tanquam judicio dogmatico univerſalis Eccleſiæ aut tanquam Regulæ fidei, ſubjiciant nec etiam dicunt, *damnamus* CI. Propoſitiones, ex eo autem, quod Sacra Sedes & Præſules has propoſitiones eodem modo & ſpiritu damnarint, non ſequitur, quod etiam ipſi eas condemnent: Ceterum ſi hæc verba a Viris non ſuſpectis ſincere & ſine æquivocatione proferrentur, utique ſufficerent, in ore autem ſuſpectorum æquivocum & diverſum ſenſum præſeferunt; non enim apud tales idem eſt dicere, *ſubmittimus nos ſententiæ contra librum latæ*, ac *hunc librum & propoſitiones inde extractas damnamus*, *hanc ſententiam eſſe juſtam, cenſuram & Bullam tanquam Regulas fidei credere obſtricti ſumus.* VIII. *Nunquam appellavimus, nec appellationi a Conſtitutione Unigenitus ab Eccleſia recepta adhæſimus.* Denuo latet æquivocatio: aliud enim eſt, appellationi adhærere per actum juridicum, appellantium appellationi per ſubſcriptionem accedendo, aliud per approbationem, laudando Appellantes, cum iis conſpirando, & eorum appellationem non rejiciendo.

IX. *Sub-*

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

IX. *Submittimus nos reverenter Judicio noſtrorum Præſulum, qui hanc appellationem tanquam nullam, temerariam & ſacræ Sedi & Paſtorum corpori injurioſam, auctoritati Eccleſiæ contrariam, & ad innovandos vel fovendos errores damnatos tendentem damnarunt.* Horum ſubjectio videtur eſſe mere externa & ex obſequioſo ſilentio profecta, ſubjiciunt ſe judicio, quod appellationem condemnat, non autem ipſam appellationem damnant, nec eam rejiciunt tanquam *ſchiſmaticam*, cum tamen Franciæ Præſules ut talem in ſuis Inſtructionibus damnent. Denique hæc eorum declaratio ſcatet terminis æquivocis, & caret terminis veram & internam ſubmiſſionem ſignificantibus, eſtque ſimilis declarationibus plurium Appellantium, necnon Epiſtolæ datæ ad Alexandrum VII. & Convenenſis Epiſcopi declarationi Ludovico XIV. oblatæ, quæ tamen omnes tanquam captioſæ fuerunt rejectæ.

His aliisque de cauſſis plures Theologi hanc Lugdunenſium declarationem ſeu profeſſionem fidei impugnarunt, ac præcipue inter eos Pater Honoratus a S. Maria Carmelita Excalceatus *Queneliſtarum malleus*, Bruxellis die decima quarta Maij deſuper epiſtolam ad quemdam Abbatem ſcripſit, eamque Rhemis die trigeſima ejuſdem Menſis excudi curavit.

§. XLII.

## §. XLVI.

### *Montpeſſulani Epiſcopi pervicacia ſevere caſtigata.*

Poſtquam Bourbonius Dux in Regio Senatu primas partes tenere cæperat, Ludovicus XV. Franciæ Rex ſollicitantibus Rohanio & Du Bois Cardinalibus Appellantes ceteroſque Conſtitutioni Pontificiæ renitentes ad obſequium revocare, omni ope & opera ſatagebat: cum vero ceteris non modo auctoritate, ſed & pertinacia prævaleret Carolus Joachimus Colbert de Croiſſy Montpeſſulanus Epiſcopus, hinc Rex, quod ab eo moderationis via obtinere deſperaverat, ſeveritate extorquere nitebatur. Præprimis igitur per Vrillierum Marchionem eidem ſignificari juſſit, quod Regem vehementer offendiſſet, eoquod Archiepiſcopi Toloſani, qui Appellantes Canonicos a feſtiva ſolemnitate excludi petebat, precibus deferre renuiſſet, & Broquiſium a munere Vicarii Generalis nondum amoviſſet, ſi ergo impoſterum parere renueret, expreſſo Regis mandato ſe compulſum iri ſciret. Verum Epiſcopus ad hæc reſponſum oppido arrogans dedit: quocirca Rex ad eundem triplex diploma transmitti juſſit, quorum

*Hiſt. Univ. tom. 9. Period. I. c. 2. p. 202. Dorſan. pag. 207.*

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

rum primo Seminarii Montpeſſulani Præfecto inhibitum, ne ad lectiones Theologicas, quæ in præfato Seminario haberentur, exteros Eccleſiaſticos admitteret: altero, duo Sacerdotes, qui in Noſocomio Sacramenta adminiſtrare conſueverant, ſuas approbationes ad Epiſcopum remittere jubebantur. Tertio denique, forenſi cuidam Parocho injunctum, ut non ipſe, ſed alius Sacerdos in ſua Parochia cuidam infirmo morientium Sacramenta adminiſtraret. His mandatis irritatus Epiſcopus acerbas ad Bourbonium Ducem literas dedit, declarans, quod Theologiam tradendi, & ſuæ Diæceſis Sacerdotes ad hoc ſtudium, quocunque velit, mittendi jus Epiſcopo competeret; Rex vero Parocho ſuis Parochianis Sacramenta adminiſtrandi poteſtatem adimere, & alteri concedere nec poſſet, nec deberet: cum autem ad has literas Epiſcopus nullum recepiſſet reſponſum, utrique Sacerdoti, qui in Noſocomio Sacro miniſterio fungebantur, ſuas facultates prorogavit, qui tamen ambo exilii pœna fuere mulctati: Inſuper contra hunc Epiſcopum a Senatu Eccleſiaſtico edictum promulgabatur, ut cujus omnes Beneficiis proviſi certo tempore Narbonnam venire, ibidemque in Metropolitani manibus formu-

*pure & ſimpliciter* ſubſcribere jubebantur, ſecus ſuis beneficiis privandi; cunctis ergo Montpeſſulanæ Diæceſis Beneficiariis huic mandato, quod in ignobiliſſimis quoque pagis affixum erat, prompte obtemperantibus, Epiſcopus apud Bourbonium Ducem deſuper vehementer querebatur: aſt adeo non ejus querelis deferebatur, ut etiam nova Regis mandata Menſe Junio inſequerentur, vi quorum Univerſitatis Montiſpeſſulanæ Rectori conceſſum, ut inconſulto Epiſcopo Facultatis Theologicæ & Univerſitatis conventum agere poſſet, quoties ipſi id neceſſarium videretur: ſimulque Seminarii Præfecto indultum, ut præter Seminariſtas non quidem alterius, Montpeſſulanæ tamen Diæceſis Studioſos ad ſuas ſcholas admittere valeret: Epiſcopus tandem tot edicta pertæſus, libellum ſupplicem, quem nuper ad Regem tranſmiſerat, typis edere, atque in eo, quantum incredibilis ejus pertinacia percalluerit, nimis luculenter teſtari præſumpſit: Inde vero Regem, Regiumque Senatum magis in ſe concitaverat: Agebatur dudum in Conſilio Eccleſiaſtico de mediis, quibus hujus Præſulis immoderata agendi ratio compeſci poſſet: tandem vero concluſum, a Narbonnenſi Epiſcopo Synodum, in qua Montpeſſulano

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

ſulano Epiſcopo omnium Sacrarum
functionum uſus interdiceretur, eſſe
celebrandam, ſimulque eligendos Vi-
carios Generales, qui ejus loco Diœce-
ſin regerent. His minime territus Præ-
ſul, paulopoſt Inſtructionem Paſtoralem
edidit, in qua demonſtrare nitebatur,
formulæ nonniſi *juxta Pacem Clemen-*
*tis XI.* ſubſcribi poſſe. Hac autem ra-
tione Præſul cauſſam ſuam deteriorem
fecit, ac præcipue Regii Senatus in-
dignationem acrius in ſe accerſivit; die
enim vigeſima prima Septembris Mon-
pellii, pluribusque Occidaniæ & Pro-
vinciæ Urbibus Regium affigebatur e-
dictum, quo declaratum, hunc Epi-
ſcopum pœnas edicto Menſis Aprilis
Anni 1665. ſtatutas incurriſſe, proin
omnes temporales Epiſcopatus ſui pro-
ventus Regio ærario addici, cunctaque
que ejus beneficia velut pleno jure va-
cantia ab aliis impetrari poſſe, contra
ipſum vero Canonum ſeveritate agen-
dum, ejusque libellum ſupplicem at-
que inſtructionem eſſe ſupprimendam
& dilacerandam. Adverſus hanc ſen-
tentiam die decima ſeptima Octobris
Inſtructio ſeu mandatum ſub nomine
Caroli Joachimi Montpeſſulani Epiſcopi
vulgabatur, hujus tenoris:

„Carolus Joachimus gratia Dei Epi-
„ſcopus Montpeſſulanus, omnibus per
„ſen-

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

„ſentes literas inſpecturis, ſalutem in „D. N. Jeſu Chriſto, a quo vocati ſumus „prædeſtinati in gratia hujus.„

„Quandoquidem, Viri Fratres in „apertum diſſidium verſa eſt noſtræ vi„gilantiæ ſollicitudo & vix ac ne vix „quidem ovium Chriſti Paſtores fru„mentum veritatis illis audent porrigere, „operæ pretium eſt. & ſacerdotii noſtri „munus depoſcit, ut ſcandala novellæ ad„miniſtrationis iterata & nudius tertius „renovata a veſtris, tum mentibus tum „cordibus conaremur arcere.„

„Vidiſtis igitur, & utinam in æter„num teneatis Sacrum Epiſcopatus or„dinem a ſummo Deo primitus inſti„tutum omnibus terrenis poteſtatibus „Superiorem ſoloque Deo inferiorem, „nullius niſi forte ejusdem Ordinis pati „debere Judicium, & tamen: o ſæcula, „o mores! nedum eidem Sacerdotii „amplitudo priſtina in omnium animis „prærogativa donatur, quidquid Sa„crum, quidquid humanis Diſcepta„tionibus imperium obtinet, profanis, „pace Catholica dixerim, Laicorum Ju„diciis læditur & adulteratur, Scitis „Viri Fratres, quot exantlatis labori„bus, quot curis, quot vigiliis pro„hibuerimus, ne novorum errorum vi„rus, plenis Babilonicæ Proſtitutionis „cuppis vobis propinaretur. Scitis,

 „&

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII
A. C. 1724.

„& teſtis mihi Deus eſt, quod nullum
„Paſtoralis vigilantiæ munus omiſeri-
„mus, ut in charitate Chriſti perfecti
„ambularetis, ſcitis denique, quam
„cauti fuerimus, ut falſos Prophetas &
„Paſtores a veris diſcernentes Evange-
„liſaremus vobis Evangelium pacis.
„Cum tamen pro lugenda ſæculi
„hujus corruptione & pravitate, qui
„hujusmodi ſunt, ea quæ ad Domini-
„cum gregem pertinent, non curare,
„ſatius dixerim, perturbare ſuſcipiant,
„& ut fons interdicatur ſcandalis, quæ
„exinde exoriri poſſint, ſperantes a
„Deo miſericordiam conſequi, declara-
„mus & volumus, irrita eſſe quæcun-
„que adverſus nos ſæculare ſancitum
„judicium, affirmantes præterea ſoli
„univerſæ Eccleſiæ, in Spiritu ſancto
„legitime congregatæ, nos in poſterum
„obedire velle, nec Sanctum profanis
„miſcentes in immaculata fidei Regula,
„quam a Prædeceſſoribus noſtris ac-
„cepimus, & quam hucusque tantum
„in Domino actis, ſcriptis, votisque te-
„nuimus, manere nos optare & velle,
„imo ad ſolum omnium Dominum, cui
„ſoli rationem noſtræ villicationis ſu-
„mus reddituri, appellare profitemur:
„faxit ipſe Deus omnipotens, ut poſt a-
„maritudinis & doloris dies alimen-
„tum pacis in ejusdem pane com-

„C

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„damus. Faxit ut in veritate perma- „nentes & Miniſterium noſtrum im- „plentes in regione viventium, longe „a calumniis hominum Calicem ſalu- „tis haurire mereamur. Sponſus & Spon- „ſa dicunt, *Amen.* Veni Domine Jeſu. „*Amen.* „

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Ceterum hic Epiſcopus edita Epi- ſtola Paſtorali demonſtrare nitebatur, hoc mandatum nonniſi ſuppoſititium eſſe, & Pariſiis a Jeſuitis Claromontani Collegii in vulgus ſparſum, uihilominus Conſilium Eccleſiaſticum declarationem Anni 1665. ad plures Regni Epiſcopos & Univerſitatis Pariſinæ Rectorem transmiſit, adjuncto mandato, ut omnes harum Diæceſium Eccleſiaſtici formulario ſubſcriberent, quoniam vero Regi innotuerat, quod tres Canonici Eccleſiæ Collegiatæ ad S. Salvatorem Monpellii formulæ ſubſcribere recuſaſſent, horum beneficia vacare declaravit, eisque inhibuit, ne Chorum frequentare, vel ibidem functionem ſacram peragere auderent. Interim vero Clericorum quamplurimi imo etiam quidam Epiſcopi Montpeſſulano ſcriptotenus pollicebantur, quod, ſi in propugnanda veritate conſtans perſiſteret, eidem largiter ex ſuis facultatibus congrua ſuppeditaturi eſſent.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

## §. XLVII.

### *Comitia Sacerdotum Miſſionis S. Lazari.*

*Dorſan. l. c. pag. 215.*

Cum celebrandis Generalibus comitiis deſtinatum tempus hoc anno appropinquaret, Bonnetus ſupremus Præpoſitus Congregationis Sacerdotum Miſſionum ad Pariſienſem Prioratum S. Lazari Italos, Polonos ceterosque hujus Inſtituti Sacerdotes convocare, ac demum obtinere conſtituit, ut in his comitiis Conſtitutio *Unigenitus* pure & ſimpliciter ab omnibus reciperetur. Eo fine per Foro - Julienſem Epiſcopum Menſe Februario a Rege diploma obtinuit, vi cujus inſinuatum, ne Provinciæ ad hæc comitia deputarent alios, niſi qui præfatam Conſtitutionem acceptaſſent, & formulæ ſubſcripſiſſent. Has Regis literas Generalis Maſſeio Apoſtolico in Galliis Nuntio oſtendit, cumque hic ipſius Zelum approbaret, mox ad plures Congregationis Sacerdotes literas dedit, quibus eos ad acceptandam Conſtitutionem hortabatur: Ejus conſiliis obſtare videbantur Philopaldus Seminarii Præfectus, & Imbertus primus Congregationis Aſſiſtens & Seminarii Antiſſiodorenſis Superior, qui Deputatos inducebant, ut peterent, ne in

in proximis comitiis quicquam de Conſtitutione ageretur. Utrumque igitur Generalis a comitiis excluſit, die prima Julii miſſis ad eos literis, quas ceteri tres Aſſiſtentes ſuo quoque firmabant chirograqho. Verum Philopaldus ſe nequidem auditum condemnari, vehementer querebatur. Epiſcopus quoque Antiſſiodorenſis Generalem increpabat, quod ſe inſcio Imbertum Sacerdotem annis meritisque gravem a Seminario ſuo amoviſſet. Nihilominus die prima Auguſti comitiis Generalibus datur initium. Intervenit ipſe Papæ Nuntius, qui fluctuantes conſolidare, ceteros vero in ſuo propoſito firmare adlaborabat. In prima Seſſione diſcutiendum proponitur, an primum Aſſiſtentem excludendi poteſtas Generali competeret, omiſſo tamen hujus quæſtionis examine plurimorum ſuffragia eo abibant, ut Imbertus a Congregatis vocaretur, de criminibus ſibi imputatis rationem redditurus. Expediuntur ergo per duos Deputatos ad illum literæ, ad quas etiam Imbertus ſe die ſecunda Auguſti reſponſurum pollicebatur; cum autem in ſua reſponſione palam declaraſſet, ſe nunquam Conſtitutionem acceptaturum, Generalis hujus Viri literas Conventui exhibere, ſupervacaneum cenſebat.

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Nuntius vero Apoſtolicus ante Seſſionis exitum omnibus commendabat, ut ad Aſſiſtentium electionem non procederent, niſi prius Conſtitutio ab omnibus fuiſſet recepta: circa hoc Nuntii poſtulatum opinionum diſſenſione Congregati inter ſe diſcrepabant, tenuitque mutua hæc concertatio integras quatuor horas, Italis, Polonis ceteriſque omnino petentibus, ut Conſtitutio ab omnibus *pure & ſimpliciter* reciperetur, aliis contendentibus, eam nonniſi relative ad Franciæ Epiſcoporum mentem eſſe recipiendam: Proponuntur diverſæ acceptandi formulæ, atque inter alias Papæ Nuntius illam, qua Conſtitutio pure & ſimpliciter recipieretur, approbabat, Italiſque injungebat, ut potius e comitiis excederent, quam in hac formula quicquam immutari permitterent. E contrario Galli hanc Conſtitutionem *juxta Regis declarationem Anno* 1720. *& ſecundum acceptationem ab Ordine Epiſcopali factam* recipi petebant: De hac opinionum diverſitate Bonnetus Generalis per duos Deputatos Foro - Julienſem Epiſcopum certiorem reddidit, qui hæc verba: *Bullas ab Ordine Epiſcopali acceptatas* inſeri poſſe cenſebat: Altera igitur die Bonnetus Generalis omnes Gallos adeſſe juſſit, eiſque formulam a Nuntio pro-

propo-

probatam, & alteram cum clauſula *ab Ordine Epiſcopali acceptatas* propoſuit; huic poſtremæ formulæ unaomnes conſenſere, excepto Bousqueto Trecenſis Seminarii Præfecto, qui nullatenus ſe Conſtitutionem recepturum declarans, pœnis in Conſtitutione interminatis ſeſe ſubjecit. Poſtquam vero etiam Biſſyus Cardinalis hanc clauſulam addi permiſerat, imo & ipſemet Nuntius id ratum habuerat, ſequens acceptationis formula a cunctis fuit ſubſcripta: „Declaramus, quod cum profundiſſima reverentia & perfecta cordis & animi ſubmiſſione nos ſubjicimus omnibus Bullis ſummorum Pontificum ab ordine Epiſcopali acceptis & promulgatis, & quibus favent ipſa diplomata Regia contra libellum & doctrinam *Janſenii*, quæ incipit *Unigenitus Dei Filius*, ideoque acquieſcimus & damnamus librum, cui titulus eſt: Reflexiones morales, & centum & unam propoſitiones ex eo excerptas eadem forma & ſub iisdem qualificationibus, quibus eas damnavit prædictus ſummus Pontifex Clemens XI. in dicta *Conſtitutione Unigenitus*.„ Itali tamen declarabant, ſe quidem notam clauſulam non approbare, eidem tamen *pro bono pacis* non obluctari.

Sæc. XVIII. A C. 1724.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

In tertia Seſſione Bonnetus Generalis, ut menti Pontificis plene ſatisfacturus, cunctos Miſſionarios, ac præcipue Conventuum Superiores, & Theologiæ Profeſſores ſub pœna privationis ab officio ad acceptandam Conſtitutionem efficacius obſtringere poſſet, Paolucci Cardinalis literas ad Italicæ Provinciæ Viſitatorem datas prælegi juſſit, hujus tenoris: „Pontifex decrevit, Italos, „ſi Conſtitutio in comitiis non reciperetur, a Gallis ſeparare, & Congregationi omnia privilegia ab ejus Prædeceſſoribus conceſſa revocare, omnesque ſubditos Miſſionarios a ſuis votis „liberare, junctaque cum Rege opera „omnia Franciæ Seminaria Congregationi auferre.„ Huic quoque mandato, exceptis duntaxat tribus, omnes una voce conſenſerunt. Poſtea Biſſyi Cardinalis & Foro Julienſis Epiſcopi literæ prælegebantur, quibus inſinuatum, *cuncta hucusque geſta nullius fore roboris, niſi a cunctis Miſſionariis Conſtitutionis ſubſcriptio exigeretur:* Annuentibus igitur viginti duobus Capitularibus deciſum, non modo ab omnibus Miſſionariis, ſed & cunctis vel ad S. Ordines promovendis vel ad Congregationem admittendis Conſtitutionem eſſe ſignandam: octo duntaxat e gremio reclamabant, cauſſati, ejusmodi ſubſcri-

ſcriptionem Regiæ declarationi eſſe ad-verſam. Inſuperhabita autem horum oppoſitione die decima quarta Auguſti hæc decreta fuere condita.

Sæc.XVIII. A.C. 1724.

I. „R. D. Superior Generalis poſtu-„lavit a Conventu, utrum eſſet decre-„tum edendum, quo a ſingulis Congre-„gationis miſſionis Presbyteris exigere-„tur ejusdem ſubmiſſionis *Bullæ Unigeni-„tus* ſubſcriptio conſona declarationi, cui „ipſi convocati omnes ſubſcripſerunt.„

Et Statutum eſt eandem ſubſcriptio-nem exigendam eſſe a ſingulis.

II. „R. D. Superior Generalis petivit „a conventu, an eſſet prædicta ſub-„ſcriptio etiam exigenda ab iis, qui „vel in Ordinibus ſacris conſtituti, vel „Theologi formati in Congregatione „recipi poſtularent, num etiam eadem „ſubſcriptio eſſet exigenda a Scholaſti-„cis noſtris, antequam ad ſacros Ordi-„nes mitterentur, ſi jam ab ingreſſu „non ſubſcripſiſſent?„

„Decretum eſt, ſubſcriptionem dictam „ab iis omnibus, de quibus quæſtio pro-„poſita eſt, eſſe exigendam.„

III. „Iidem R. D. Superior Generalis „addidit adhuc eſſe inquirendum a con-„ventu Generali, an deberent e Con-„gregatione dimitti, qui tali ſubſcri-„ptione denegata per ſex menſes ſæ-„pius moniti, & invitati, ut ſuas diffi-

„cul-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

„cultates proponerent diluendas, acquieſcere & ſubſcribere recuſarent?„

„Et Statutum eſt tales pervicaces „poſt ſex circiter menſes e Congregatione expellendos.„

His ita decretis Bonnetus, ut calumniam de Imberto & Philopaldo injuſte excluſis a ſe amoliretur, judicium deſuper a Romana Regularium Congregatione expetiit, hac verò agendi rationem, quam Bonnetus circa eos tenuiſſet, approbante Generalis decretum hujus Congregationis prælegi juſſit: Interim ex Miſſionariis nonnulli ab hac ipſa Conſtitutionis acceptatione in comitiis facta appellarunt, & libellum falſitatibus & mendaciis ſcatentem typis ediderunt, quo comperto Bonnetus ad eos die vigeſima ſeptima Septembris ſcripſit, Bullam hanc juxta Gallicanæ Eccleſiæ morem ab Ordine Epiſcopali aut ſaltem Epiſcoporum potiſſimis, cunctisque ferme totius Orbis Chriſtiani Epiſcopis receptam, Regio diplomate munitam, Parlamenti actis inſertam, & in hiſce comitiis unanimi voto acceptatam fuiſſe, proin cunctos Chriſtianos & præſertim Miſſionarios, ut ſeſe hac in re ſummo Pontifici ſubjicerent, obſtrictos eſſe, ac Deum nec Generali, nec aliis ejus ſubditis nec alteri cuicunque docto aut Doctori tanti mo-

momenti definitionem rejiciendi poteſtatem dediſſe; propterea rogare ſe, ut eorum quilibet reſcriberet, an verum ſit, quod huic oppoſitioni ſubſcripſerint, ſique hoc verum eſſet, hujus ſubſcriptionis revocationem mox ad ſuum Superiorem transmitterent, ſecus promeritis pœnis plectendi: cum autem horum nullus ſuam appellationem revocaret, Generalis unaomnes a Congregationis ſocietate expulit, ſubſcriptisque actis comitia diſſolvit. Paulopoſt Opponentes relationem eorum, quæ in his comitiis geſta fuiſſent, typis ediderunt, quam tamen Regius Senatus die quarta Octobris tanquam *ſcandaloſam, temerariam & declarationi die quarta Auguſti Anno* 1720. *contrariam ſuppreſſit.*

Sæc.XVIII. A. C. 1724.

## §. XLVIII.

### *Janſeniſtarum calumnia ab ipſo ſummo Pontifice exploſa.*

Inter varias artes, quibus Janſeniſtæ ſuos errores & pervicaciam honeſtare nitebantur, haud infima erat ſollicitudo, qua Patronos, eosque ſumma dignitate, auctoritateque conſpicuos ſuæ factioni conciliare vel falſo adſcribere nitebantur: Cum ergo Benedictum XIII. doctrinæ Thomiſticæ apprime

*Dorſane Journal tom.* 2. *pag.* 220.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

prime addictum noſſent, aliunde vero
ipſi D. Thomæ doctrinam de gratia ef-
ficaci per ſummum nefas Janſenianæ
gratiæ propitiam eſſe pro more ſuo ca-
lumniarentur, ubique in vulgus ſpar-
gebant, quod hic Ponrifex, cum ad-
huc eſſet Cardinalis, Conſtitutioni ſeſe
oppoſuiſſet, ac propterea Clemen-
tem XI. ne illam publicam redderet,
flexis genibus, & lacrimis ubertim pro-
fuſis exoraſſet. Hujus calumniæ in-
dignitate commoti non pauci, atque
inter eos præcipue Franciſcanorum
Provincialis Avenionenſis deſuper li-
teras Romam dedit, ac libellum ſup-
plicem per Generalem Ordinis Procu-
ratorem ſancto Officio & Pontifici por-
rigi petiit. Sacra igitur hæc Congre-
gatio Laurentium Cardinalem Cor-
nium hujus Ordinis Protectorem roga-
bat, ut hunc libellum ſummo Pontifici
exhiberet, quo facto Benedictus Papa
declarabat, ſibi ſemper longe aliam
hac in re mentem fuiſſe, ac ejusmodi
pacis oſores in vulgus ſpargerent, ſe
omni ſubmiſſione, imo & flexis geni-
bus Conſtitutionem a Clementis Papæ
manibus recepiſſe ſeque declaraſſe, eam
eſſe dogmaticam, ſuamque fidem hac
in re nulli mutabilitati obnoxiam fore.
Eapropter confeſtim Corſinio deman-
davit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

davit, ut ſuo nomine idem ad præfatum P. Provincialem perſcriberet. Sæc. XVIII. A. C. 1724.

## §. XLIX.

### *Sententia Thomiſtica de gratia ex ſe efficaci a Benedicto XIII. Pontifice vindicata.*

Nondum tamen deferbuere Janſeniſtarum molimina, quibus a primo erroris ſui ortu pro D. Thomæ diſcipulis agnoſci geſtiebant, ut per inveteratam vafritiem ipſis ſuper omnes alios hæreticos propriam, ſub tanti Doctoris ſcuto Eccleſiæ fulmen averterent, ſecurius latitarent, ac liberius Eccleſiæ Dei illudere, & rudes ſimplicesque in ſuæ damnationis conſortium pertrahere poſſent. Idem hoc artificium a Quesneliſtis mutuabant Moliniſtæ, qui zelantes Zelum Conſtitutionis, quamvis non ſecundum ſcientiam, ea opportunitate ſuper Thomiſticæ doctrinæ ruina Moliniſtico ſyſtemati triumphum erigere intenti, liberius Thomiſmo inſultaverunt, eumque odioſum reddere ſtuduerunt, impactaque Janſeniſmi imo & Calviniſmi nota, id obtinere conati ſunt, ut Thomiſtas ex metu hujus calumniæ a ſuis caſtris ad eorum vexilla transfugere compellerent: quinimo hoc adhuc anno Dolæ in Britannia Moli-

*Honorat. a S. Maria Juſtif. du Bref de Benois XIII. pag. 139. Lafiteau Hiſt. de la Conſt. t. 2. liv. 5. p. 216. Epiſt. Graveſ. die 24. Octobr.*

Sæc. XVIII. A.C. 1724.

niſtæ hanc Theſin publice propugnare veriti non ſunt, *Conſtitutio* Unigenitus *aut gratiam ex ſe efficacem damnavit, aut nihil damnavit.* Utriusque partis calumniam & temeritatem evertere, plurimum intererat non modo Scholæ Thomiſticæ, ſed totius etiam Eccleſiæ; ipſi enim Franciæ Epiſcopi, ac præcipue Cardinalis Noaillius ſuæ pertinaciæ reliquias honeſtare nitebantur jactato vano timore, quo Scholæ libertatem & præcipue S. Thomæ Doctrinam per Conſtitutionem *Unigenitus* labefactatam obtendebant. Ut ergo horum fluctuatio circa Conſtitutionem quoad Angelici Doctoris ſyſtema auctoritate Pontificia adimeretur, Cardinalis Belluga rem apud ſummum Pontificem vehementer urgebat, eidem exponens, unicum Eccleſiæ pacem reddendi, & SS. Auguſtini & Thomæ doctrinam vindicandi medium eſſe, ſi Pontifex edita Bulla Thomiſtarum doctrinam eſſe antiquiſſimam, S. Literis, Patribus & traditioni oppido conformem, & nullatenus a Conſtitutione damnatam eſſe declararet: Id quoque ardens eſſe Hiſpanorum, aliarumque Nationum votum ac deſiderium. Placuit Pontifici hoc conſilium, qui etiam Patri Graveſonio perceIebri Dominicano ſignificari juſſit, conſultiſſimum eſſe, ut nomine totius Ordinis

cujus

cujus Schola Conſtitutionem una voce acceptaſſet, Magiſter Generalis libello ſupplici a Papa peteret, ut gratiæ ex ſe efficacis doctrinam a Quesneliſtarum, Moliniſtarumque calumniis, edita deſuper Conſtitutione vindicaret. Idem jam antea petebat præfatus Pater Graveſonius, exponens, id omnino neceſſarium eſſe eo tempore, quo Moliniſtæ ſuum Molinam ſuper Thomismi ruinis evehere, manibus, pedibusque niterentur. Quamprimum igitur P. Auguſtinus Pipia ſupremus FF. Prædicatorum Magiſter Generalis a ſua villa, quæ a bono Paſtore nomen habet, Romam reverſus erat, confeſtim Papam adiit, eumque multis & ſupplicibus verbis exoravit, ut calumniantium ora edito decreto obſtruere dignaretur. Igitur Pontifex, Generalis totque aliorum eruditione ac dignitate præſtantium Virorum poſtulata æquitati vel maxime conſona eſſe reputans, die ſexta Novembris Breve edidit hujus tenoris:

*Dilectis Filiis univerſis, Fratribus Ordinis Prædicatorum Profeſſoribus,* BENEDICTUS PAPA XIII. *Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

„Demiſſas preces & æquiſſimas con„queſtiones veſtras, quas dilectus Fi„lius Auguſtinus Pipia totius Ordinis

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

„Magiſter Generalis Religioſæ vitæ „exemplis ac Doctrina prudentiaque „commendatiſſimus, ſupplici libello ad „Nos detulit, ea benignitate complexi „ſumus, quam & veſtra in Catholicam „religionem ampliſſima merita, & no„ſtra, quam dudum profeſſi ſumus, erga „Ordinem prædicatorum obſervantia fi„lialis, noſtræque demum humilitati „impoſitum paternæ charitatis, & ſol„licitudinis officium poſtulabant. Quod „igitur ægre admodum, ut par eſt, mo„leſteque feratis erroribus a fel. re„cord. Clemente Papa XI. Prædeceſ„ſore noſtro per Conſtitutionem, quæ „incipit: *Unigenitus Dei filius* ſaluber„rimo ac Sapientiſſimo Judicio rejectis „damnatisque Auguſtinianæ & Angelicæ „Doctrinæ nomen obtendi, indeque „audere nonnullos Apoſtolicæ auto„ritati, ac veſtræ exiſtimationi detra„here, quod ipſa veſtrarum ſententia„rum capita ejus Conſtitutionis cen„ſuris, notisque inuſta eſſe calumnien„tur, juſtam quidem animorum veſtro„rum offenſionem laudi damus, qua ni„mirum vos Germanos ſancti Thomæ „diſcipulos maxime probaſtis Magiſte„rio enim tanti Doctoris imbutos nihil „decet magis, quam ut in addictiſſima „huic ſanctæ Sedi fide, obedientiaque „præcipuum ſtudiorum ſuorum fructum,

„&

„& laudem collocent; & abſonas, re- „fragantesque Apoſtolicis decretis opi- „niones, non averſentur modo, ſed „per arma etiam lucis & veritatis diſſi- „pent, & evertant. Tantum tamen „abeſt, ut vicem veſtram doleamus, „ut vobis potius gratulemur, quod hac „etiam in parte cauſſa veſtra ab hujus „ſanctæ Sedis rationibus ſejuncta eſſe „non potuerit, quodque alienæ prorſus „calumnioſæque interpretationes ad „conflandam memoratæ Conſtitutioni „invidiam temere excogitatæ, ad in- „juriam quoque veſtri nominis redun- „darint. Cæterum non adeo vobis e- „rat, aut dolendum aut mirandum, „quod cum ipſis divinorum librorum „oraculis & Apoſtolicis definitionibus „pro impotenti obfirmatoque partium „ſtudio paſſim vis afferatur, hæc ea- „dem contentionis, pervicaciæque li- „centia Angelicam doctrinam attentare „non dubitaverit. Illud potius jure „mirandum, quod tam præpoſtero con- „ſilio in hac cauſſa locus eſſe potuerit, „ubi ſancti Thomæ exploratiſſimis ſen- „tentiis damnati errores diſſertiſſime „confutantur. Quandoquidem omni- „potentis Dei Providentia factum eſt „(a) ut Angelici Doctoris vi ac veritate „doctrinæ, non ſolum innumeræ, quæ „vel ipſius ætate, vel antea graſſatæ

Sæc. XVIII. A. C. 1724.



(a) Pius V. Bulla: *Mirabilis* 1567.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

„ſunt, ſed multæ etiam, quæ deinceps „exortæ ſunt hæreſes confuſæ, & con„victæ diſſiparentur. Magno igitur a„nimo contemnite, Dilecti Filii, Ca„lumnias intentatas ſententiis veſtris, „de gratia præſertim per ſe, & ab in„trineſco efficaci, & de gratuita præ„deſtinatione ad gloriam ſine ulla præ„viſione meritorum, quas laudabili„ter hactenus docuiſtis, & quas ab ipſis „S. Doctoribus Auguſtino & Thoma, „ſe hauſiſſe & Verbo Dei ſummorum„que Pontificum, & Conciliorum De„cretis & Patrum dictis conſonas eſſe „ſchola veſtra commendabili ſtudio glo„riatur. Cum igitur bonis & rectis „corde ſatis conſtet, ipſique calum„niatores, niſi dolum loqui velint, ſatis „perſpiciant, S. S. Auguſtini & Thomæ „(b) inconcuſſa tutiſſimaque dogmata „nullis prorſus antedictæ Conſtitutio„nis Cenſuris eſſe perſtricta, ne quis „in poſterum eo nomine calumnias „ſtruere, & diſſenſiones ſerere audeat, „ſub Canonicis pœnis diſtricte inhibe„mus. Pergite porro Doctoris veſtri „opera ſole clariora ſine ullo prorſus „errore (c) conſcripta, quibus Eccle„ſiam Chriſti mira eruditione clarifica„vit (d) inoffenſo pede decurrere „...

(b) Alex. VII. in Brev. *Literas* 1661.
(c) Clem. VIII. Brev. *dilecti.*
(d) In Coll. Feſt.

„ac per certiſſimam illam (e) Chri-„ſtianæ Doctrinæ regulam ſacroſanctæ „Religionis veritatem incorruptæque „diſciplinæ ſanctitatem tueri ac vin-„dicare; hæc ſunt enim, Dilecti Filii, „quæ Prædeceſſores noſtri de Sancti „Thomæ doctrina ſenſerunt, & præ-„dicarunt, quæque nos non modo ad „curarum veſtrarum lenimentum ſed „ad animi quoque noſtri ſolatium liben-„tiſſime uſurpamus, & præconio Apo-„ſtolicæ vocis efferimus. Inclytus e-„nim Ordo iſte, cui nomen dedimus, „& quem expreſſe Domino miſerante, „profeſſi ſumus, eodem Angelicæ Do-„ctrinæ lacte nos aluit, ac licet impari „Inſtitutionis fructu, ad gerendam Ec-„leſiarum ſollicitudinem eduxit, ut „privato etiam diuturnoque colenda-„rum artium experimento ediſcere po-„tuerimus, quod ex Apoſtolatus ſpe-„cula per haſce literas annuntiamus. „Deum interea, qui pacem & veritatem „diligendam præcipit, ſupplices rogate, „ut ſincero Angelici Doctoris Studio „omnes in ſimplicitate cordis nitantur, „quæ ille docuit, intellectu conſpicere, „atque in unitate Spiritus, charitate „Fraternitatis, quæ ille egit, imitatione „complere. Ac vobis Dilecti Filii, Apo-„ſtolicam Benedictionem peramanter „impertimur: Datum Romæ apud

 „S.

(e) Pius V. l. c.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

„S. Mariam Majorem, ſub annulo Piſcato„ris, die 6. Novembris 1724. Pontifi„catus Noſtri Anno primo.„

Ad hanc Pontificis declarationem Moliniſtæ ſtomacho & iracundia efferveſcebant, iniquiſſimo ferentes animo, quod Pontificio oraculo Thomiſtarum doctrina omnibus ceteris Scholis antepoſita, eaque Verbo Dei, ſummorumque Pontificum & Conciliorum Decretis & Patrum dictis omnino conſonans, fuerit declarata: proin inconſulta temeritas, & immoderata ambitio imposterum repreſſa, qua Moliniſtæ ſicut olim in Congregationibus de auxiliis, ſic poſtea paſſim in publicis ſuis theſibus & ſcriptis hanc doctrinam Calviniſmo & Janſeniſmo conformem eſſe, calumniari non erubuerunt.

§. L.

*Cardinalis Noaillii epiſtola gratulatoria ad Papam.*

*Holb. Hiſt. Univ. t. c. pag. 67 Dorſan. l. c. pag. 221. Lafiteau l. c. pag. 215. Epiſt. 52. S. Cypr. ad Anton. pag. 164.*

Hac declaratione ſua Pontifex Noaillii excuſationem tolli, eumque ad plenam ſubmiſſionem flecti, eo certius ſperabat, quo gratiores Eidem acciderant hujus Cardinalis literæ, quibus neo - electo Pontifici ſuam ad Petri ſolium exaltationem filiali obſequio gratulabatur: Præprimis enim Cardinalis ingens teſtabatur gaudium, quod Deus ſuæ

ſuæ Eccleſiæ Pontificem dediſſet, virtutum exemplis omni tempore conſpicuum, ad pacem Eccleſiæ Gallicanæ reddendam a Deo ſelectum. Profitebatur ſinceram ſubmiſſionem erga Sedem Apoſtolicam, paucisque indicabat, quid ipſe a tanto Pontifice expectet, & quid Hic in tanta Eccleſiæ neceſſitate præſtare teneatur: unde præprimis declarabat, quod ſui electionem tanquam opus Dei reſpiciat, majore adhuc admiratione dignum, quo minus in turbata hac rerum viciſſitudine ſperari poterat: poſtea ad Sanctitatis ſuæ pedes proſtratus profitebatur, quod ſibi verba deſint, quibus debitas Deo grates rependere, ſuam ſubmiſſionem erga hunc Papam, & peculiarem ſuarum virtutum æſtimationem, necnon ſatis teſtari poſſet ampliſſimam ſpem, quam concepiſſet, fore, ut ſub tanto Pontifice Eccleſiæ Gallicanæ afflictiones ceſſaturæ, paxque reditura ſit. Hanc in rem Noaillius applicabat hæc verba S. Cypriani de Cornelio Papa: *non iſte ad Epiſcopatum ſubito pervenit, ſed per omnia Eccleſiaſtica officia promotus, & in divinis adminiſtrationibus Dominum ſæpe promeritus ad Sacerdotii ſublime faſtigium cunctis Religioſis gradibus aſcendit.* Unice ergo exoptamus, inquiebat Noaillius, ut reſtaurata pace, & ceſſantibus

Sæc. XVIII.
A.C. 1724.

 fu-

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

funeſtis ac perpetuis verborum concer-
tationibus, ultra non ſit niſi unum cor
& anima: Nunc tempus agendi eſt,
& ipſa pax æternum erit tui Ponti-
catus monumentum: Demum in Pon-
tificis laudes effuſus, generis ſui nobi-
litatem ac ſplendorem inde reſultan-
tem, præcipue vero ejus humilitatem,
pietatem, manſuetudinem, amorem
erga Fratres, charitatem patientem,
ſingularem fidem & prudentiam in de-
fendenda veritate, ejusque Zelum in ob-
ſervandis Sanctis Canonibus deprædica-
bat. „Quid non inde ſperandum erit, ex-
„clamat Noaillius, dignetur ergo Sanctitas
„ſua humillimæ ſubmiſſionis noſtræ, obe-
„dientiæ, ſimulque noſtræ ſpei ac de-
„ſiderii teſtimonium recipere, quo co-
„ram Deo in Chriſto Jeſu profitemur,
„nos nulli ſecundos fore in Zelo, ve-
„neratione, & ſubmiſſione erga Sacram
„Sedem & Sanctitatem veſtram. Uti-
„nam præſentem me ſiſtere poſſem,
„effunderem animam meam in ſinum
„Sanctitatis veſtræ, conſcientiæ veſtræ
„judicio coram Deo me relinquerem,
„& Sanctitas ſua ipſamet audiret cor-
„dis mei deſideria: ſine timore coram
„Deo exponerem, auſin dicere, con-
„vincerem Sanctitatem ſuam de cordis
„mei ſinceritate, qua hucusque uſus
„ſum, & de rectitudine ſemitæ, quam

„ingreſſus ſum: Cur autem pluribus me „diffundo? nunquam ſumma Sanctitatis veſtræ æquitas permittet, ut „contra me judicium ferat, niſi prius „de meæ cauſſæ ſtatu edocta fuerit. „Id unicum eſt, quod ſpero, quod de„ſidero & quod efflagito &c. „ Has literas Noaillius Romam ad Patrem Graveſonium transmiſit, ſummo Pontifici conſignandas, qui etiam ſe proxime reſponſurum pollicitus, eas Cardinalibus, Franciæ Legato, pluribusque Præſulibus non ſine animi ſui jubilo exhibuit. Sæc. XVIII. A. C. 1724.

## §. LI.

### *Summi Pontificis reſponſum ad hanc Noaillii Cardinalis epiſtolam.*

Enimvero Benedictus Papa ad haſce Noaillii Cardinalis literas die vigeſima ſecunda Auguſti reſponſum dedit, ſignificans, quod quamprimum, licet ſine ſuis meritis a Chriſto Domino, qui eſt Deus pacis & non diſſenſionis ad ſupremi Apoſtolatus Sedem tanquam centrum Unitatis Sacerdotalis fuiſſet elevatus, mox pacem & bona inde promanantia evangelizare, conatus fuerit, eoquod diſſenſionum ſcandala jam diu deplorata, & nondum ſat reparata, necnon vulnera nondum obducta, *Epiſt. Bened. XIII. ad Noaill. die 22. Aug.*

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

ducta, quæ Epiſcopi numero pauci, non ordinate ambulantes Charitati Eccleſiaſticæ inflixerunt, ejus animam incredibili amaritudine oppreſſiſſent, & curarum pondus aggravaſſent. Eo tamen momento, quo impoſitum Paſtoralis vigilantiæ munus implere cogitaſſet, Deus, qui conſolatur humiles & erigit dejectos, ſpem ſuam erexerit, & ejus afflictionibus medellam attulerit per exoptatæ pacis ſpem, cujus felix augurium Noaillius per ſuas humaniſſimas literas dediſſet; ſicut enim ipſe ſuum amorem & lætitiam ob delatum ſupremi Sacerdotii miniſterium teſtatus eſſet, ſic veterem animorum unionem ſincere ſe deſiderare profeſſus, gemino hoc charitatis ſuæ officio & dulci proſperi ſucceſſus ſpe Pontificem erexerit, ejusque paternis curis ſingulare levamen attulerit, & veteris amicitiæ ac mutuæ benevolentiæ necnon virtutum, quas in eo Pontifex admiratus, veneratusque eſſet, memoriam ſua humanitate refricarit: Inde etiam, „inquiebat Pontifex, facile collegimus, „fieri haud poſſe, quod dum nobis „tam luculentis gaudii & amoris teſtificationibus ob impoſitum pacem red„dendi ac conſervandi onus gratularis „pari ſtudio ac fervore noſtræ ſollicitu„dini opitulari cuncteris, quin potius

„om

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

„omnes tuas vires intendere velis, ut „tua deſideria, quibus nobis omne bo- „num auguraris, nosque ab omni metu „tutos eſſe exoptas, ſuum per te ſor- „tiantur effectum. Hac ergo ſpe freti „Te hortamur, & obſecramus, Cha- „riſſime Fili noſter, ut quantum vales, „ſicut & tuo exemplo & auctoritate „plurimum vales, ad pacem Eccleſiis „afflictis reddendam omnem conferas „operam: per veram humilemque obe- „dientiam Sacræ Sedi debitam tua „adimple vota, & officia, & hac ipſa „ſubmiſſione dignitatis, nobilitatis tot- „que inſignium prærogativarum ſplen- „dorem adauge. Filialis ſubjectionis „exemplo devios ad veritatis & pacis „ſemitam reducere adlabora, ſicque „noſtrum temperabis dolorem, & pe- „nitus ab oculis noſtris paternas abſter- „ges lacrimas, quas jugiter fundimus, „eoquod officio noſtro deeſſe non poſ- „ſumus, ſed vigilantiæ & Prædeceſſo- „rum noſtrorum conſiliis & decretis „inhærere obſtricti ſumus &c.„ Po- ſtremis hiſce verbis Pontifex agendi rationem, quam Clemens XI. erga Noaillium tenuit, comprobavit, & ſe ab acceptationis formula Noaillio ab Innocentio XIII. præſcripta nunquam receſſurum, ſat aperte teſtatus eſt. Hanc Pontificis epiſtolam Noaillius Pariſiis die

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

die octava Septembris receperat, ad quam die prima Octobris reſponſum dedit, in quo non quidem illam ſubjectionem, quam Papa ab eodem exigere potuiſſet, profeſſus, haud levem tamen plenæ ſubmiſſionis ſperandæ argumentum dedit.

## §. LII.

*Anceps Noaillii Cardinalis ſubjeſſio.*

Cum Noaillius Cardinalis ſe hucusque ab acceptanda Conſtitutione unice abſterritum fuiſſe jactitaret, eo quod falſo rumore Queſnelistæ ac Molinistæ per univerſam Franciam ſparſiſſent, doctrinam de gratia ex ſe efficaci per Conſtitutionem fuiſſe damnatam, eorum vero laxam morum doctrinam fuiſſe ibidem approbatam, Noaillius poſt hujus gratiæ, & regularum S. Borromæi approbationem nuper a Papa factam, quo effugio ſuam repugnantiam honeſtaret, haud deinceps invenerat: quocirca ſuadente P. Graveſonio, aliisque doctis Viris literas ad Papam ſubmiſſionis debitæ teſtes dare conſtituit: Opportuna ſeſe ad id offerebat occaſio, dum Ludovicus XV. Franciæ Rex revocato Abbate Tencino procurandæ rei Gallicæ curam Polignaco Cardinali Romæ agenti demandabat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dabat: ad hunc ergo mox gratulatorias dedit literas, inter alia exponens, quod veteri indigeret amico, cujus ope Romæ agnoſceretur talis, qualis reipſa eſſet, ipſe vero ad finiendam gravem hanc controverſiam a Deo ſelectus foret, utpote cui ſoli optime cognitæ eſſent conteſtationes ex Bulla ortæ, & abuſus quorumdam, qui illius occaſione ejusmodi doctrinas propugnabant, quas etiam honeſtiores e Paganis abominantur: *Ex eo autem*, addebat Noaillius, *quod Deus Papam doctrinæ SS. Auguſtini & Thomæ addictiſſimum, Rex vero Mediatorem inſtructiſſimum nobis dederit, certo eſt argumento, quod Divina Providentia malis noſtris finem imponere velit; non meam ſed Eccleſiæ quæro pacem, ſanam doctrinam profeſſus ſum, Conſtitutionem in vero ſuo ſenſu recepi, Reflexionum librum in ſenſu Pontificis damnavi, quid amplius a me exigi poteſt? ac propterea per quadriennium in ſilentio Pacem & pacis Angelum a Deo expectans, nullam ſubii moleſtiam, unice Eccleſiam adhuc turbari ingemiſco &c.* Ad hanc vero epiſtolam Polignacus ſepoſita omni ſimulatione reſcripſit, funeſtam hanc controverſiam finiri non poſſe, niſi ipſe ſuam Inſtructionem primam explicaverit, ut vero ejus Adverſariis imponeretur ſilentium, neceſſe foret, ut in

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

ſuis

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

ſuis ad Papam literis declararet, ſibi hucusque nil aliud ante oculos fuiſſe propoſitum, niſi ut homines male inſtructos cohiberet, ne Conſtitutionem pro lege Scholarum libertati contrariam haberent, ſique ejus Inſtructio alio in ſenſu fuiſſet intellecta, ſe ab hoc ſenſu longe alienum eſſe &c. Acceptis hiſce Polignaci literis Noaillius ad Papam literas, quibus eidem plene ſatisfactum iri ſperabat, incunctanter dedit, ac pro Benevolentia paterna, qua nuperrime ejus epiſtolam recepiſſet, necnon pro Brevi ad PP. Dominicanos dato gratias agens, inter alia his uſus eſt verbis: *Veritatem igitur in Chriſto dico, non mentior teſtimonium perhibente mihi Conſcientia mea in Spiritu ſancto.*

I. *Hanc meam ſemper mentem fuiſſe, ac ſemper tetendiſſe me, ut plena, vera, ſinceraque prorſus obedientia Conſtitutioni redderetur, quam certe nec veram nec plenam eſſe poſſe dixerim, niſi accipiatur hac in vero legitimoque ſenſu ſuo.* II. *Illam acceptaſſe me ſic, cum primum, ut dixi jam, verus ille Conſtitutionis ſenſus conſtare mihi viſus eſt interpetationibus conſignatis ab omnibus ſere Coepiſcopis noſtris, ac denique, ut omnia nuda & aperta ſint oculis ejus, ad quem nobis ſermo, teſtor, quæ mihi fiducia eſt, tam in integritate fidei, ſincero veritatis amore, præcellente doctrina, &*

cum

*eminente ſcientia, quam in virtute ſimul ac pietate Sanctitatis Veſtræ, teſtor, inquam, Conſtitutionem acceptare me non alio certe ſenſu, ſed eodem plane, eadem mente, eodem conſilio, quo veſtra Sanctitas acceptatam vult & acceptat ipſa . . . . . .* Sæc. XVIII. A. C. 1724.

*Ceterum quæ ſcripta ſunt, eo libentius Sanctitatis Veſtræ Judicio iterum iterumque comitto, quod in illis omnibus, ac præſertim in Inſtructione mea Paſtorali, quam ad Clerum Eccleſiæ noſtræ An.* 1719. *ſcripſi, ſcopus intentionis meæ ſuerit, præcavere, ne contra ſanctæ Sedis intentionem certiſſimamque doctrinam, a diverſarum partium ſequacibus diceretur ſeu crederetur per Conſtitutionem, quæ incipit* Unigenitus *a ſancta Sede ſuiſſe quidquam definitum contra laudabiles Patrum ſententias, & innocuam Catholicarum ſcolarum libertatem, neve huic tam præpoſteræ quam injurioſæ ſuſpicioni ſuffragari forte viderentur in ejusdem Conſtitutionis Acceptationem concurrentia vota, quod temerariis diverſarum partium rumoribus in vulgus ſpargi tamen & ab imperita multitudine ita certo teneri dolentes cernebamus, ut falſam adeo ſuſpicionem a plurimorum mentibus exſufflare vix ac ne vix quidem hactenus in poteſtate noſtra fuerit. Hinc eſt B. P. quod ad ipſius ſanctæ Sedis judicium de re tota ſemper deferendum putavi, non miſcendas cum ipſa quæſtiones, ſeu cum ipſa contendendum*

Sæc. XVIII
A. C. 1724.

*exiſtimans, ſed ab ipſa conſilium auxiliumque ſuppliciter expetens. Quam ſane conditionem ſinceramque prorſus intentionem firmam cordi meo immotamque ſemper adhæſiſſe ita mihi conſcius ſum, ut ſi alienum quidquam ab hac mea declaratione, aut aliis quibuscunque eruere quiſpiam tentaverit, illud ipſum quid cunque ſit, non ſolum in mentem veniſſe nunquam, ſed & contra mentem meam certiſſime dictum, affirmare non dubitem &c.*

Ineunte autem Menſe Decembri Noaillius Inſtructionem Paſtoralem ad Polignacum transmiſit, in qua duodecim doctrinæ articuli continebantur, quibus a Papa approbandis plenam ſpondebat ſubmiſſionem. Horum tamen quosdam tam æquivoce, ac captioſe expoſitos fuiſſe cenſebant nonnulli, ut ſi approbarentur, eo ipſo omnes calumniæ contra Conſtitutionem effutiæ confirmarentur, alios vero reprobum ſenſum facile recipere poſſe, alios denique manifeſte erroneos eſſe, judicabant non pauci: Inſuper fingebant ſparſo in vulgus ſcripto Appellantes, hoſce articulos Roma fuiſſe miſſos, velut Bullæ explicationem, detecta autem hac fraude Rex ſcriptum illud ſupprimi juſſit.

§. LIII.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

## §. LIII.
### *Sorbonæ Doctores ob ſuam pertinaciam caſtigati.*

Die decima Julii Sorbonæ Rector habito Doctorum conſeſſu Regias exhibuit literas, vi quarum decem Sorbonæ Doctores a comitiis juxta Eccleſiaſtici Conſilii decretum excludebantur: In conventu autem die duodecima Auguſti Huilierus Parochus S.Ludovici ad Inſulam expoſuit, Regem velle, ut ſub Regis beneplacito Sorbona Conſtitutionem acceptaret, editoque decreto deinceps qui in Sorbonæ Collegium admitterentur, eidem ſubſcriberent. Reclamabat acriter Courcierus Canonicus ac Theologiæ Profeſſor, cauſſatus, doctrinæ deciſiones faciendi jus non Sorbonæ, ſed Theologicæ Facultati competere, aliunde Regiam declarationem, ne ejusmodi ſubſcriptio fieret, diſertis verbis prohibere, exactumque his de rebus imponere ſilentium. Huic oppoſitioni ſex accedebant Doctores, alii vero ſeptendecim ſub beneplacito Regis conſenſere, ut Conſtitutio reciperetur, eique omnes ſubſcriberent. Paulopoſt triginta Doctores conſpiratione inter ſe facta Noaillio Cardinali libellum ſup-

 plicem

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

plicem offerebant, petentes, ut ab hac
declaratione tanquam ab abuſu ad eum
utpote Sorbonæ Protectorem appellare,
& cuncta, quæ ad infirmandum hoc
decretum Regiæ declarationi contra-
rium conferre videretur, proponere
poſſent, ſimulque, ne illud in comitiis
confirmaretur, prohibere permitteren-
tur: Noaillius in arcto ſe poſitum ſen-
tiens, quo ſe verteret neſciebat, ſi enim
eorum preces reſpueret, denegatæ ju-
ſtitiæ ſe reum fore arbitrabatur, ſi
vero eos reciperet, Regis indignatio-
nem ſibi accerſiri metuebat, nihilomi-
nus ſperans, quod turbidos eorum ani-
mos ſedandi occaſionem nanciſci poſſet,
eorum appellationem ratam habuit, præ-
cepitque, ut rebus interim in ſuo ſtatu
permanentibus, quicquid hac in re
concluſum fuerit, intra octiduum ad ſe
referretur. Verum hac ipſa agendi ra-
tione Noaillius ſubmiſſionis ſuæ ſinceri-
tatem Romanæ Curiæ oppido ſuſpectam
reddidit, & ipſe Cardinalis Biſſyus in
colloquio cum ſua Sanctitate habito
interrogabat, an Noaillium pro hære-
tico aut ſchismatico haberet? cui ta-
men mitiſſimus Pontifex hunc Cardi-
nalem lucriſaciendi ſpe animatus re-
ſpondit, eum nec hæreticum nec ſchiſ-
maticum eſſe, ob inobedientiam tamen
ſuam graviter peccare, huncque Pr
ſub

ſulem veteri ſibi amicitia junctum ceteroquin virtutum præſtantia inclytum eſſe. Sub idem tempus apud Sueſſionenſem Epiſcopum duo Religioſi Ciſtercienſes P.Ludovicus a S. Petro Sacerdos, & Frater Ludovicus a S.Roberto Diaconus accuſabantur, quod ille in Bleranicurienſis Conventus ſui Eccleſia Sacrum novo ritu, & mutatis, demptis, vel additis Canonis verbis, inverſo etiam rituum ab Eccleſia præſcriptorum ordine & uſu temere & non ſine populi offenſione celebrarit, atque ad idem Parochos inſtigarit. Frater vero Ludovicus eidem novo hoc modo ad Aram inſervierit, novas preces a ſe compoſitas Miſſali inſeruerit, inter Eccleſiaſiaſticos paſſim diſtributas; ambo autem formulæ *pure & ſimpliciter* ſubſcribere recuſantes, de Innocentii X. Alexandri VII. & Clementis XI. Bullis indigne oblocuti ſint, nec ſeſe Conſtitutioni *Unigenitus* ſubjecerint. Comperta harum accuſationum veritate Epiſcopus ad Conſilium Eccleſiaſticum rem detulit, cujus ſuaſu & inſtigante Foro-Julienſi Epiſcopo Borbonius Dux Regiis literis utrumque coram Sueſſionenſi Epiſcopo comparere juſſit, ut de his accuſationum capitibus rationem redderent. Hi ergo ſe Eccleſiæ ritum perperam immutaſſe fatebantur quidem,

Sæc. XVIII. A.C. 1724.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

jam vero deſuper a ſuo Generali caſtigatos, & a ſuo Conventu amotos fuiſſe, bis ergo eos in idipſum haud puniri poſſe reſpondebant, nec ab eis ſubmiſſionem erga Conſtitutionem exigi poſſe, cum hæc Eccleſiæ lex non eſſet, & ipſi cenſuris per interpoſitam appellationem ſecuri forent. Verum die ſexta Aprilis adverſus illos pronuntiata eſt ſententia, vi cujus uterque trimeſtri cuſtodiæ in conventu ab eorum Superioribus deſignando manciparentur, & Pater Ludovicus ſingulis feriis ſextis, Frater vero Ludovicus duabus feriis ſextis toto hoc trimeſtri in pane doloris & aqua anguſtiæ cibarentur, & ambo diebus Dominicis & feſtis ſub Miſſa Conventuali nudo capite & flexis genibus coram Ara majore ſeptem Pſalmos pœnitentiales recitarent, ac denique pro excommunicatis atque interdictis haberentur, donec peracta pœnitentia de ſua ſubmiſſione teſtimonium a ſuis Superioribus ſubſcriptum attulerint. Nondum tamen ceſſabant in Sorbona opponentium tumultus; cum enim Rector die duodecima Auguſti primum articulum *de acceptanda Conſtitutione* Doctoribus proponeret, Tournelius ſuggerebat, haud ultra deliberandum eſſe, an hæc Conſtitutio ſit acceptanda; eam enim jam ab univerſa Eccleſia eſſe re-

ceptam

ceptam, Regemque velle, ut illa in toto Regno obſervaretur: Secundo loco Rector deliberandum expoſuit, qua via de eorum, qui ad Sorbonæ Collegium ſub Regis beneplacito ſunt admittendi, ſubmiſſione certitudo haberi poſſet: potior pars cenſebat, ab eis eſſe exigendum, ut Conſtitutioni ſubſcriberent, ſuasque revocarent appellationes. His tamen concluſionibus acriter ſeſe opponebant triginta Doctores interpoſitæ ſuæ appellationi inſiſtentes: Rex vero die vigeſima ſeptima Auguſti declarabat, horum oppoſitionem eſſe nullam, Conſtitutionem ab omnibus eſſe recipiendam, Sorbonicis autem integrum fore, per aliam præter ſubſcriptionis viam de Candidatorum doctrina certitudinem haurire. Nihilominus Doctor Le Lan Sorbonæ Profeſſor ſuam opinionem, qua ad hoc, ut Bulla ſit Regula fidei, quaſi unanimem omnium conſenſum requirebat, temperare recuſabat; petebatur enim ab eo, ut affirmaret, quod *quatuor aut quinque Epiſcopi ſeſe opponentes impedire nequeant, quo minus aliqua Bulla ab omnibus Epiſcopis expreſſe vel tacite recepta ſit Regula fidei*, cum ergo ſuæ ſententiæ immoreretur, Rex eum a ſua Cathedra amoveri, atque eidem Dominum Le Roux ſubrogari præcepit, ac denique Rectori

Sæc.XVIII. A. C. 1724.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

& Seniori intimari juſſit, quod deinceps illi, quibus de Candidatorum moribus & doctrina alias inquirendi officium eſt demandatum, ſpecialiter inquirerent, an ſeſe in Francia receptis Pontificum Conſtitutionibus & nominatim Bullæ *Unigenitus* ſubjiciant: cum autem Eccleſiaſticorum non pauci, ne ad acceptandam Conſtitutionem compellerentur, ad Fœderatos Ordines profugerent, Rex per ſuum Oratorem Hagæ Comitum ab his petebat, ne ejusmodi profugos recipere vellent. Hi vero arroganter reſponderunt, apud ipſos moris non eſſe, ut cuipiam Hoſpitii jus denegaretur.

## §. LIV.

### *Anni Sacri gratia a Benedicto XIII. indicta.*

*Conſtitut. Bened. XIII.*

Interim Benedictus XIII. pro impetrando felici Eccleſiæ univerſalis regimine die decima Junii Jubilæi gratiam indixit, edito deſuper diplomate, in quo apertis verbis declarabat, quod Epiſcopos, qui ab Eccleſiæ Romanæ communione ſeſe ſegregarunt, hujus gratiæ participes reddere non intendat, hæc enim addidit verba:

„Licet memoratæ literæ (Jubilæi) „univerſis Chriſti fidelibus . . . . di-

„rectæ

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

„rectæ fuerint . . . . animo tamen „fuimus maxime alieni ab iisdem lite- „ris inſcribendis ac dirigendis . . . . „illis, qui a ſanctæ Romanæ Ec- „cleſiæ Communione Eccleſiaſtica ſe- „parati reperiuntur, nihilominus om- „nem dubitandi occaſionem removere, „vosque de noſtra in præmiſſis mente „ac voluntate certiores reddere volen- „tes, auctoritate Apoſtolica tenore „præſentium declaramus, vobisque om- „nibus, & ſingulis notum, palamque „facimus, noſtræ intentionis nullate- „nus fuiſſe literas præfatas inſcribere „ac dirigere, earumque publicationem „ſeu executionem committere illis, qui „per Romanos Pontifices Prædeceſſores „noſtros ab ejusdem ſanctæ Romanæ „Eccleſiæ charitate ſeparati fuerunt, „ac cum quibus proinde nulla nobis & „ipſi Romanæ Eccleſiæ Communio Ec- „cleſiaſtica exiſtit, & ſi dictas literas „per eos, qui ab ejusdem communione „ſeparati ſunt, publicari ſeu executioni „demandari contingat vel forte jam „contigerit, vobis auctoritate præſata „harum ſerie denuntiamus, id contra „mentem, voluntatem, ac intentio- „nem noſtram eſſe ac fuiſſe, quando „quidem nos decretis & Conſtitutioni- „bus eorumdem Romanorum Pontifi- „cum Prædeceſſorum noſtrorum adver-

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

„ſus illos editis, firmiter inhærentes, „ſicuti ſemper, benedicente Domino, „inhæſuri ſumus, eos, niſi reſipuerint, „a communis Societatis caritate pror- „ſus alienos ab omnibus haberi, & „cenſeri volumus & intendimus, &c.,

## §. LV.

### *Novi motus in Galliis ſuſcitati ob varios Libellos & Theſes.*

*Nova liter. ad An. 1724. pag. 588. Dorſan. l. c. pag. 211.*

Quo magis Appellantes tam Eccleſiaſtica, quam Regia auctoritate premebantur, eo avidius Parlamenti Pariſienſis patrocinio tumidi, cunctas aucupabantur occaſiones, in quibus Pontificiam auctoritatem deprimere, ejusque Conſtitutionem illiusque defenſores inſectari poſſent: Latum ſuæ invidiæ campum aperiri exiſtimabant, dum P. Matthæus Petitdidier Benedictinus Abbas Senonenſis in Lotharingia Præſes Congregationis ſancti Vitoni & Hidulphi Tractatum Theologicum edidit *de infallibilitate & auctoritate Pontificum* huncque librum Benedicto XIII. nuncupavit. Enimvero Queſneliſtæ hunc Virum in ſuis caſtris militare credebant, poſtquam vero in præfato libro palam fatebatur, quod quidem in Galliis enutritus, Eccleſiæ Gallicanæ doctrinam de auctoritate Pontificia cu-

la

laсte materno hauſerit, veramque eſſe crediderit, re tamen maturius conſiderata, atque ad annum ætatis ſuæ ſexageſimum quintum progreſſus, manifeſto deprehenderit, potiſſimos ex Franciæ Epiſcopis, ac præcipue Sorbonam a veteri Eccleſiæ, ſuorumque Majorum doctrina defeciſſe, ac propterea propugnare compellatur, Pontificis auctoritatem ſeſe in univerſam Eccleſiam, Concilia Oecumenica, atque Epiſcopos extendere &c. edito vix hoc libro Queſneliſtæ ſuis deliriis lethale vulnus eſſe inflictum arbitrati, hunc partum in cunis ſuffocare decreverunt. Deferunt illud opus ad Metenſe Parlamentum, ipſis ſemper propitium, quoties in Papam & Conſtitutionem invehendi occaſio ſubminiſtrabatur. Ergo Procurator Generalis in Senatu perorat, doctrinæ in hoc libello contentæ peſtem exagitat, ac confidenter affirmat, hujus Abbatis Superiores in nuperis generalibus comitiis contra ejus librum eſſe queſtos, proin ipſius crimen non toti Congregationi, ſed unice ejus Authori imputari poſſe, eumque merito ſi in Regno degeret, ſevere caſtigandum fore, eoquod flocci habuiſſet ſilentium, quod Rex in ſua declaratione ad tollendum ſcandalum *ex nuperis Conſtitutionibus* exortum impoſuiſſet. Cum Sæc. XVIII. A. C. 1724.

autem

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

autem ipſemet hic Procurator hanc ſilentii legem hac ſua declamatione contra Conſtitutiones Pontificias violaſſe accuſaretur, ab Armenonvilleo Regii Sigilli Cuſtode in Curia Pariſienſi comparere, ac rationem reddere jubebatur. Hic vero redarguente conſcientia venire haud auſus, typi errore in Parlamenti decreto verbum *Conſtitutionibus* loco verbi: *Conteſtationibus* irrepſiſſe reſcripſit. Armenonvilleus frivolam hanc excuſationem miſeratione potius & contemptu quam vindicta dignam reputans, duntaxat Senatus edicto præcepit, ut in eos ſevere inquireretur, qui *hanc falſificationem feciſſent adeo injurioſam Conſtitutioni, ab omnibus Regni Archiepiſcopis, & potiore ac ſaniore parte Epiſcoporum Galliarum receptæ.* Non ea tamen fuit moderatio Pariſienſis Parlamenti, quod die prima Julii hunc tractatum proſcripſit *tanquam Regni legibus, & principiis ad diſtinquendam poteſtatem Eccleſiaſticam & Ordinem Hierarchicum a poteſtate profana ſtabilitis contrarium, ſcandaloſum, ſeditioſum, temerarium, atque auctoritati Regiæ, & Clero Gallicano injurioſum.* Nihilominus Pontifex hunc tractatum plurimum commendavit die vigeſima quarta Decembris ſcripta ad ipſum Auctorem epiſtola ſequenti: „Quod eruditionem tuam ad Ornamen-
„tu

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

„tum Domus Dei conferre geſtias, in „tui quidem nominis ac pietatis lau„dem, animi vero noſtri ſingularem „lætitiam cedit, ac fore etiam confidi„mus, ut infirmis aut errantibus ſtrenui „labores tui doctrina conſulant, ac pro„ficiant exemplo. Itaque dignum tua „virtute ac religione erga hanc ſanctam „Sedem ſtudium gratiſſimo paternæ „benignitatis ſenſu complexi ſumus, „tibique perſuaſum eſſe optamus, Nos „ad omnem gratificandi tibi occaſio„nem libenter incubituros; præſertim „autem, ut Jurium tuorum in cauſſa „Abbatiæ Senonenſis, ratio (ſicut par „eſt) habeatur, diligenter curabimus. „Neque ullas benevolentiæ partes o„mittemus, ut a laudabili cura, uti„liumque ſtudiorum propoſito, nulla „te aut moleſtia aut neceſſitas evocet. „Perge igitur pontificiam tibi benigni„tatem, bonorum laudem, ac divina „potiſſimum beneficia demereri, quo„rum pignus eſſe cupimus Apoſtoli„cam Benedictionem, quam tibi dilecte „Fili peramanter impertimur.„

Sub idem ferme tempus in publicum prodiere hi duo libelli. I. *Inſtructio ſeu Catechiſmus circa Conſtitutionem* Unigenitus. II. *Inſtructio Theologica contra libellum, cui titulus:* Diſcurſus familiaris circa Conſtitutionem *Uni-*

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

*Unigenitus* non ita *pridem a Janſeniſtis Duaci diſſeminatum.* Cum autem in his libellis fideles Diæceſis Bajocenſis monerentur, ut ſeſe a ſuorum Paſtorum, qui Bullas acceptare recuſarunt, communione ſegregarent, eoquod cum ejusmodi ſchismaticis ſalva fide ac religione communicare nequeant, hinc ceteris prior Franciſcus Lotharingius Bajocenſis Epiſcopus Menſe Julio utrumque libellum edito mandato proſcripſit, declarans, *quod ex conniventia & pacis amore Præſulum concordiæ anno* 1720. *acceſſerit, cum tamen tentata pacis ac rectitudinis via ſuo caruerit ſucceſſu, cauſſæ deciſionem a ſummo Pontifice, quem Divina Providentia ad Sacram Sedem nuper evexiſſet* &c. Hujus Præſulis exemplum ſequebatur Caumartin Bleſenſis Epiſcopus, qui tamen ſuccinctius, magisque moderatum edidit mandatum: Quamprimum vero ea res ad Regis Senatum deferebatur, mox die quarta Septembris mandatum Bajocenſe & Bleſenſe publico edicto fuit proſcriptum, *tanquam continens propoſitiones declarationi Regiæ contrarias, & tendentes ad vindicandas & propugnandas appellationes antea contra Conſtitutionem interpoſitas.* Ipſe etiam Rex utrumque Epiſcoporum mandatum dilacerari præcepit: nihilominus Rhedonen-

donenſe Parlamentum die undecima Septembris præcepit, ut præfata *Inſtructio ſeu Catechismus* tanquam ſeditioſus, & ad ſeditionem tendens ſupprimatur, & in Palatii foro a carnifice comburatur: Verum Rex hoc Parlamenti decretum executioni dari prohibuit, edictum vero Regium quod contra Montpeſſulanam & Bajocenſem Epiſcopos promulgatum erat, ad omnes Regni Epiſcopos transmitti & in pluribus Occidaniæ & Provinciæ urbibus publice affigi juſſit, ſimulque ad omnes Franciæ Epiſcopos declarationem Anni 1665. qua formularii ſubſcriptio fuit demandata, transmiſit addito præcepto, ut eidem unaomnes *pure & ſimpliciter* ſubſcriberent, quod præ ceteris prior Vincentius Desmeretz Maclovienſis Epiſcopus in ſua Synodo hoc anno executus eſt, ac unacum ſuis Parochis & Curiæ Miniſtris Conſtitutionem *pure & ſimpliciter* recepit. Porro Quesneliſtarum ſuppreſſione Ambianenſes Jeſuitæ ad impugnandos eorum errores animoſiores facti hoſce libellos non modo ubique divulgarunt, ſed & in ſuo Collegio die ſeptima Aprilis hanc theſin publice propugnandam ſuſcepere: *Peccatum mortale tria conſtituunt, gravis in actu materia: plena rationis ad actus malitiam advertentia; plenus volun-*

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

*voluntatis in actum conſenſus*, *quorum ſi unum abſit*, *peccatum ſit veniale.* Eodem adhuc anno die vigeſima ſecunda Julii P. Gilbertus Morel de Becordel ibidem damnatas Quesneli propoſitiones impugnaturus, in ſuæ ſententiæ patrocinium protulit Epiſtolam Benedicti XIII. tum adhuc Beneventani Archiepiſcopi ad Biſſyum Cardinalem, ex qua hæc protulit verba: *Veſtra Eminentia pro certo habeat, nos quotquot in hoc Regno Neapolitano Epiſcopi ſumus, Conſtitutionem* Unigenitus *firmiter tenere ut dogmaticam & conſtantiſſimam eſſe ſuper ea noſtram fidem, nos vero Franciæ Epiſcopi applicare Canones* ſi Romanorum diſt. 19. *& Can.* nulli fas eſt. Inter alias vero Theſes idem Gilbertus hanc defendit: „Lex Divina vetus Moſaica habuit præ„cepta triplicis generis; moralia, ceri„monialia & judicalia: illam tulit ip„tam ipſe Deus, & dedit per Angelos „Moiſi, populo per Moſen Iſraelitico. „Bona in ſe fuit, juſta & utilis, finis „illius extitit triplex: proximus, quæ „ejus obſervatio, medius, quæ obſer„vantium juſtificatio; ultimus, quæ ju„ſtificatorum ſalus. Unde Judæis non „defuit gratia qua legis obſervatio ſa„lutaris, fieret ipſis poſſibilis. Syna„goga quatenus Synagoga, non fuit „Congregatio hominum carnalium

„neq

„neque Judæorum ſub lege Status, a Sæc. XVIII.
„ſeipſo fuit Status peccati & mortis, A. C. 1724.
„itaque per *Conſtitutionem Unigenitus*
„damnatæ merito ſunt *Quesnellii* Pro-
„poſitiones VI. *diſcrimen* & VII. quæ
„*utilitas* & LXIV. *ſub maledicto* legis
„&c. Porro tradita a nobis doctrina
„Cenſuræ ejus æquitatem ſic probat,
„ut ipſa auctoritate Cenſuræ viciſſim
„confirmetur, eſt enim Eccleſiæ Judi-
„cium ratum, cui proinde contradicere
„nefas, a quo appellare eſt præterea
„illuſorium.„

Cum autem in ſuis dictatis idem P. Gilbertus de S. Apoſtolo Paulo, qui de lege veteri loquitur, hæc addidiſſet verba: *Demonſtrat Paulus multis ex capitibus excellentiam legis Chriſti ſuper legem Moſis, quod cum exequitur acris ac vehementis ingenii impetum ſecutus, legem Moſis deprimit quandoque & elevat, non abſolute, ſed præ fide & lege Chriſti:* In hac doctrina & Gilberti theſibus Quesneliſtæ multa, quæ carperent, deprehendebant, ac propterea in vulgus ſpargebant, Jeſuitas exponere Theſes, in quibus peccatum Philoſophicum, aliaque perverſæ moralis doctrinæ principia palam propugnarentur, Cardinalem etiam Bellugam horrendas centum propoſitiones, quas Jeſuitæ eorumque Diſcipuli in Hiſpaniis traderent, apud ſummum Pon-

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

tificem denuntiaſſe: Id equidem calumniam redolebat, certum tamen erat, quod idem Cardinalis librum imprimi juſſerit, in quo centum triginta quinque propoſitiones ex laxioribus Hiſpaniæ Caſiſtis extractas vereque abominandas Pontificis cenſuræ obtulerit. Ceterum Parlamenta Jeſuitis vel ideo infenſa erant, quia hoc anno ſeſe in Rhemenſem Univerſitatem intrudere moliebantur, quibus tamen Pariſienſe Parlamentum unacum Rhemenſi acerrime obſtitit, ac ſupplicem libellum verbis aculeatis, gravibusque ſententiis refertum (*) contra eos Regi porrexit, uti jam ſupra retulimus.

## §. LVI.

### *Cornelius Steenoven ab Ultrajectinſibus Canonicis electus, atque a Varleto Epiſcopo in Archiepiſcopum ſacratus.*

*Abregè Chron. t. 3. pag. 530. Vaneſpen ſuppl. Vid. ſupra p. 166.*

Jam ſupra meminimus, quod Ultrajectenſes Canonici, cum ad ſuas literas ad Papam datas nullum recepiſſent

(*) Hic libellus nomine omnium Franciæ Univerſitatum Regi porrectus videri poteſt in Hiſtoria Generali Tom. II. Art. XXII. hunc fuſius referre nolui, ne Societati injurius dicar & videar.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſent reſponſum, die vigeſima ſeptima Aprilis anni prioris auctoritate ſibi arrogata Cornelium Steenhovium elegerint: ne vero Sedis Apoſtolicæ juribus derogaſſe carperentur, datis die vigeſima prima Maij ad eundem Papam literis hujus Electionis confirmationem juxta Germaniæ concordata petebant, ſimulque fidei profeſſionem ab eodem emiſſam pro more Romam mittebant: cum vero haud temere ſuſpicarentur, quod ægre reperturi eſſent tres finitimos Epiſcopos, qui Electo manus imponere, eundemque conſecrare poſſent aut vellent, hinc pariter ſummo Pontifici ſupplicabant, ut in hoc neceſſitatis caſu legis Eccleſiaſticæ, quæ Conſecratori duos alios Epiſcopos aſſiſtere jubet, veniam facere, gratioſe velit, præcipue cum parem gratiam Fridericus Schenck, & Jacobus de La Torre ab eadem Sede Apoſtolica obtinuiſſent: Verum ad ter, quaterve iteratas literas Canonici Ultrajectenſes reſponſum non accepere: Eapropter aliis literis Benedicto XIII. Pontifici declararunt, quod ſi is confirmationis gratiam concedere renueret, ipſi eandem ab alio Epiſcopo impetrare cogerentur: Ne vero in re tanti momenti temere ac leviter procedere viderentur, vicinorum, quotquot poterant, Theologorum judicia ex-

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

quirebant, ac per octodecim prope Menſes fruſtra exſpectato Pontificis reſponſo ad vicinos Epiſcopos literas dederunt, quibus præſentem Eccleſiæ ſuæ ſtatum, neceſſitatemque exponentes declararunt, ſe ad Electi ſui Archiepiſcopi confirmationem proceſſiſſe, ac propterea enixe precari, ut conſecrationi juxta Eccleſiaſticæ diſciplinæ leges aſſiſtere dignarentur. Attamen nullus ex invitatis Epiſcopis comparuit: Agebat eo tempore Amſtellodami Dominicus Maria Varletus olim Sorbonæ Doctor, qui ex Miſſione ſua Pariſios redux in Sacello Seminarii Miſſionum exterarum a Condomienſi Epiſcopo in Epiſcopum Babyloniæ conſecratus erat: cum autem Janſeniſtis faveret, & a Pontificis Nuntio ad formulæ ſubſcriptionem adigi vereretur, eo inſalutato Pariſiis Schmackeum usque aufugit, ubi tamen quidam Jeſuita eidem Apoſtolicas interdicti literas conſignabat, uti ſupra retulimus. Hunc ergo Ultrajectenſes Canonici, cum eum ſpreto interdicto Amſtellodami in quadam vicina Eccleſia publice Confirmationis Sacramentum adminiſtraſſe noſſent, invitarunt, ut Steenhovium recens a ſe Electum Epiſcopum confirmare, eumque conſecrare velit. Hic nullis conſcientiæ ſtimulis agitatus mox comparuit, ac die decima

quin

quinta Octobris hoc anno juxta Rituale Sæc.XVIII.
Romanum, præſtito etiam ſolito ju- A.C. 1724.
ramento Electum conſecravit, cui functioni, nullis comparentibus Epiſcopis, Joannes Chriſtianus Van Erkel Ultrajectenſis Eccleſiæ Decanus, Guilielmus Fridericus Dalencort Canonicus & Ultrajectenſis Eccleſiæ Officialis, præter alios duos Canonicos, quatuor Amſtellodamenſes Parochos, aliosque tres Sacerdotes, pluresque utriusque ſexus Nobiles numero viginti quatuor, tanquam teſtes aſſiſtebant. Peracta hac functione prælegebantur acta electionis factæ, poſtmodum Capitulum Ultrajectenſe literas more conſueto ſignatas, ad Varletum Babyloniæ Epiſcopum dederunt, atque in iis Decanus & Capituli Ultrajectenſis Canonici eidem ſignificarunt, quod intra unius anni & amplius ſpatium quatuor aut quinque literis ad Innocentium XIII. & poſtea ad Benedictum XIII. ejus Succeſſorem datis eosdem humillime rogaſſent, ut Electionem a ſe factam juxta S. Canonum præſcripta confirmare dignarentur, incaſſum autem expectatis reſponſis, præfatum Capitulum vicinos Epiſcopos, & præcipue Atrebatenſem, Audomaropolitanum, Antverpienſem, Namurcenſem, & Ruremundanum invitarit, ut huic con-

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

ſecrationi aſſiſterent, iis vero non comparentibus, Babyloniæ Epiſcopum rogarit, ut horum defectum ſupplere, & Sacerdotes in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutos pro Aſſiſtentibus admittere dignaretur &c. Perlectis his literis, & abſoluta Conſecrationis ſolemnitate Steenhovius ad ſuum cubile reverſus, Varleto Epiſcopo ducentos aureos dono dedit, quos tamen hic non recepit, aſſerens, ſe gratis dare, quod gratis accepiſſet: Steenhovius vero datis literis Pontificem de re geſta certiorem reddidit, ſimulque ejus conſenſum, Benedictionem, communionem, imo & Pallium petiit; poſtea literas Encyclicas ad omnes Epiſcopos, necnon ad quosdam ſibi magis addictos atque ad quamdam Franciæ Univerſitatem dedit, ſimulque Jubilæum a Papa Benedicto XIII. indictum in ſua Diœcesi promulgavit.

## §. LVII.

### *Hujus attentatæ conſecrationis ſucceſſus.*

*Dorſan. tom 2. Journal pag. 227. Cauſſa Eſpen. App. pag. 652.*

Quamvis illegitima hæc conſecratio tanta fieret cautela, ut nullius indicio prodi poſſe crederetur; gravem eorum ſibi moleſtiam accerſiri haud immerito timebant Canonici, eoquod Batavi O-

di-

dines novum Epiſcopum creari vetuiſ- Sæc. XVIII. ſent, nihilominus Catholici puræ fidei & A. C. 1724. doctrinæ addicti totam rei geſtæ ſeriem Pontificis Internuntio manifeſtarunt: Sparſus inſuper hac de re rumor Amſtellodamenſem occupabat urbem, unde coram Urbis Secratu tres Parochi novo Archiepiſcopo adhærentes comparere jubebantur, qui tamen totam concitati tumultus cauſſam in Catholicos ſibi adverſantes rejiciebant, hujusque novitatis invidiam obtentis variis coloribus a ſe amoliri nitebantur: nihilominus tamen Conſules Hagam Comitum ad Fœderatos Ordines perſcripſere, quid hac in re agendum eſſet. Hos Ultrajectini Canonici tam dextre ſibi jam antea devinxerant, ut ipſimet rem diſſimulatione obtegerent: Tantam enim Canonici erga Fœderatos Ordines profitebantur ſubjectionem, ut qui ſine Pontificis conſenſu, imo eo etiam prohibente Archiepiſcopum eligere non verebantur, electo utpote jam ſexagenario, & morti proximo Coadjutorem ſub titulo Ultrajectenſis Suffraganei addicere non auderent, niſi prius hæreticæ hujus Reipublicæ conſenſum obtinuiſſent: quapropter ejus patrocinio tuti nullam Pontificiæ indignationis rationem habebant. Sub idem quoque tempus Veneta Reſpublica datis literis

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Fœderatos Ordines ſollicitabat, ut novo huic Archiepiſcopo ſeſe opponerent, ac debitam obedientiam ſummo Pontifici præſtari juberent. Verum Venetis repoſuere, apud ipſos uſitatum eſſe, ut relicta eorum ſubditis Religionis libertate, nulli parti, ſi inter ejusdem Societatis membra Religionis controverſiæ oriuntur, faverent, nec aliud ab eis peterent, niſi ut nihil Reipublicæ legibus contrarium attentare præſumerent: Re autem Romam delata ſummus Pontifex, juſta indignatione commotus, die vigeſima prima Februarii anno ſequenti ad Catholicos in Fœderato Belgio agentes haſce dedit literas:

*Dilecti Filii, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.*

„Qua ſollicitudine ad animarum „veſtrarum ſalutem hæc ſancta Sedes „advigilet, quove ſtudio curet & nitatur, ut adverſus inſidias diaboli nulla „vobis deſint ſanæ doctrinæ, Salutaris „diſciplinæ & vigilantiæ Paſtoralis præ„ſidia, jam aſſiduis hactenus argumentis „exploratum vobis eſſe non dubitamus. „Hæc ipſa tamen doloris acerbitas, „qua gemitus noſtros ad vos deferre, „mæroris cauſſas iteratis queſtubus re„plicare, & recentibus ſcandalis ob„via

Sæc. XVIII. A.C. 1724.

„viam ire compellimur, notum vobis,
„nec obſcurum eſſe debet paternæ no-
„ſtræ caritatis teſtimonium.„

„Noſtis autem Dilecti Filii, quibus
„artibus prævæ Doctrinæ ſemina ſpar-
„gere molientes, diſſenſionis filii,
„non ſolum Catholico nomine, ſed pa-
„ſtoralium etiam munerum inducta
„larva, & confictis Eccleſiaſtici mini-
„ſterii titulis abutentes, ad animarum
„curam, & Sacramenta adminiſtranda
„obrepere aut irrumpere tentaverint.
„ſed ſuperbia eorum, quæ aſcendit ſem-
„per, eo demum temeritatis evaſit, ut
„poſtquam a ſeptem Clericis, qui Ca-
„nonicorum nomen jactabant, Ultra-
„jectini Capituli, quod jam ante an-
„nos abhinc plures ſupra centum in-
„tercidit, perperam ac temere facta
„eſſet die 27. Menſis Aprilis An. 1723.
„Electio Cornelii Steenoven turbulentæ
„factionis Anteſignani & Eccleſiaſticis
„Cenſuris obſtricti in Archiepiſcopum
„Ultrajectinum. Quamquam ab hac
„ſancta Sede rejectam ejusmodi Electio-
„nem certo & palam reſciviſſent, cura-
„runt tamen atque effecerunt, ut eidem
„Cornelio die 17. Menſis Octobris 1724.
„Apoſtolica auctoritate, & ſacrorum
„Canonum contemptis regulis, per de-
„teſtabilem ac ſacrilegam manuum im-
„poſitionem Epiſcopalis conſecrationis

Sæc. XVIII. A. C. 1724

„munus traderetur. Ne autem factio-
„ſorum conatus ulla pravitate vacarent,
„conſecratio peracta eſt a Dominico
„Maria Varlet Epiſcopo Babylonienſi
„jam ab exercitio Epiſcopalis Ordinis
„ſuſpenſo, ejus ſuſpenſione per literas
„ſacri Cardinalium Collegii apud vos
„typis impreſſas publice denuntiata,
„ſed ad hæc inde etiam cumulus per-
„verſitatis acceſſit, quod memoratus
„Epiſcopus Babylonienſis, minime aſ-
„ſiſtentibus ex præſcripto ſacrorum Ca-
„nonum duobus aliis Epiſcopis, nulla-
„que Apoſtolica diſpenſatione ſuffultus,
„ſolus antedictum Cornelium conſecrare
„auſus fuerit. „

„Ut igitur pro noſtræ ſervitutis offi-
„cio opportuna remedia tantis ſcandalis
„adhibeamus, auctoritate Apoſtolica
„tenore præſentium decernimus & de-
„claramus, tam electionem ejusdem
„Cornelii in Archiepiſcopum Ultrajecti-
„num fuiſſe irritam, ac prorſus nullam,
„quam ejus conſecrationem fuiſſe illi-
„citam, & execrandam ac proinde
„ipſum temere, nulloque jure ele-
„ctum Cornelium omni Eccleſiaſtica &
„ſpirituali Jurisdictione pro animarum
„regimine carere, atque illicite conſe-
„cratum ab omni exercitio Epiſcopalis
„Ordinis eſſe ſuſpenſum, Mandamus
„propterea, diſtricteque interdicimus
„memorato Cornelio ſub pœna excom-

„mu-

„municationis, ipſo facto, ſine alia de- „claratione incurendæ ne audeat Pa- „ſtores, Miſſionarios, Miniſtros, aut a- „lios, quocunque nomine nuncupantur, „ad animarum curam, & Sacramento- „rum adminiſtrationem quovis etiam „neceſſitatis prætextu conſtituere ac „deputare, ſimul etiam palam edici- „mus & declaramus, omnes & ſingu- „las prædictorum officiorum deputatio- „nes pro regimine animarum, quocun- „que nomine factas, aut fortaſſe facien- „das, cum omnibus inde ſecutis, pror- „ſus irritas eſſe, ac nullius roboris & „momenti: Rurſus eidem Cornelio „præcipimus & inhibemus, ne ſub ſi- „mili excommunicationis pœna audeat „illicite Sacramentum confirmationis, „aut Ordinis conferre, quoquo pacto „Ordinem Epiſcopalem, a quo ſuſpen- „ſus eſt, exercere.„ Sæc. XVIII. A. C. 1724.

„Vobis autem Dilecti Filii, gra- „viter injungimus ac vetamus, ne an- „tedictum Cornelium pro vero Archi- „epiſcopo Ultrajectino habeatis & agno- „ſcatis, neve cum eodem ullo pacto, „præſertim in divinis, communicetis, „aut ab ipſo, vel ab aliis per ipſum per- „peram & inaniter deputatis, Sacra- „menta aut Ordines accipiatis. Noverit „enim, qui ordinibus initiatus ab ipſis „fuerit, ſuſpenſionis ſe vinculo con-

„ſtrictum

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

„ſtrictum atque irregularitati præterea „obnoxium, ſi ſuſceptos Ordines exercuerit: Reliquum eſt, ut paternis curis noſtris filialis obedientiæ fideique „veſtræ officia reſpondeant. Nullum „enim jucundius dolori noſtro ſolatium „afferri poteſt, quam ut intelligamus, „vos caute ambulantes non vocem alienorum audire, ſed paſtorem ſequi, & „Domum ædificare ſupra firmam petram, ac vobis Dilecti Filii Apoſtolicam Benedictionem, quam cæleſtis „præſidii pignus, atque adverſus poteſtates tenebrarum arma & ſcutum „eſſe optanus, peramanter impertimur.„

## §. LVIII.

### *Stenhovii conſecratio ab aliis defenſa, ab aliis impugnata.*

Promulgatis hiſce Papæ literis Ultrajectenſes Canonici haud temere verebantur, ne populus Catholicus omneſque recte ſentientes a Paſtore via illegitima conſecrato & furtive in ovile Chriſti irrepente averterentur, ac ſenſim etiam eidem faventes mordentis conſcientiæ ſtimulis incitati ſeſe ejus obedientiæ ſubtraherent: Augebatur etiam eorum timor, poſtquam Hermannus Damen Doctor Facultatis Theolo-

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

logicæ Lovanienſis *Diſſertationem de numero Epiſcoporum ad validam Epiſcopi ordinationem requiſito* publici juris fecerat. In ea enim Author acerbiſſime perſtrinxit Steenhovii conſecrationem, eoquod Pontificis conſenſus ad electionem, ejusdemque confirmatio obtenta non fuerit, ac denique conſecratio ab uno duntaxat Epiſcopo fuiſſet peracta, cum tamen juxta hunc Authorem, ex lege Divina tres Epiſcopi ad hanc actionem requirerentur, adeo ut, niſi ſummi Pontificis diſpenſatio interveniat, ejusmodi conſecratio omnino nulla atque irrita ſit. In his ergo anguſtiis conſtitutus Joannes Erckelius Ultrajectenſis Eccleſiæ Decanus ceterorum nomine a Zegero Bernardo Van - Eſpen Juris utriusque Doctore & Lovanienſi SS. Canonum Profeſſore in epiſtola die undecima Maij Delphis data quæſivit, quæ ejus mens eſſet *circa ordinationes Epiſcoporum per unum Epiſcopum peractas præcipue in caſibus neceſſitatis, & an ullam habeat veri ſpeciem, quod juxta Jus Divinum tres Epiſcopi ad ejusmodi ordinationes ita requirantur, ut aliter & ſine diſpenſatione Pontificis factæ prorſus irritæ ſint? & an nemo præter Romanum Pontificem in hac lege unquam diſpenſare poſſit?* Ad horum petitionem Eſpenius eo lubentius deſcendit, quo majore cum ap-

plauſu

Sæc. XVIII.
A. C. 1724

plauſu ſubſiſtentiam Eccleſiæ Ultrajectenſis ejusque Epiſcopi ac Capituli ante octennium, accinente etiam tota Pariſienſi Jurium Facultate, comprobaſſet. Hic ergo die quarta Junii Lovanii prolixis ad præfatum Erckelium literis ad propoſita dubia reſpondit, ex Canone IV. Nicæno, Innocentio I. (*) & S. Anſelmo (**) conſtare Epiſcoporum ordinationes ſine requiſito numero eſſe quidem clandeſtinas, & non legitimas, non tamen nullas invalidasque. Tum vero oſtendit Epiſtolam II. S. Anacleti *ad univerſos Galliæ Epiſcopos*, & S. Damaſi *de Chorepiſcopis* & Joannis III. quas Damennus pro ſe adduxerat, eſſe ſpurias & ad fætidas Iſidori Mercatoris merces rejectas, & quamvis Leo III. in ſuo reſponſo ſeu Epiſcopi Germaniæ & Galliæ in ſuo decreto ordinationem Epiſcoporum ex defectu trium Epiſcoporum eſſe nullam velint, hanc tamen invaliditatem in hunc *ſolum* defectum non rejeciſſe, probat Eſpenius, ſed quia *nec ad quamdam civitatis Epiſcopalis Sedem titulati erant*, nec Canonice a tribus Epiſcopis ordinati, ſicut etiam S. Anſelmus in citata Epiſtola vitium ordina-
tionis

(*) Epiſt. ad Victricium Rothomagenſem Archiepiſcopum.

(**) Lib. 3. epiſt. 147. ad Regem Hiberniæ

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

tionis potius refert in defectum aſſignati certi populi, vel Eccleſiæ, quam ordinatus regere deberet. Poſtmodum Eſpenius probat, quod ſi ex Inſtitutione Chriſti requirerentur tres Epiſcopi, Romanus Pontifex in hoc numero diſpenſare non poſſet: conſtare autem ex Pontificali Romano, & ex reſponſo S. Gregorii ad interrogata Auguſtini Anglorum Apoſtoli, *aſſiſtentes Epiſcopos non eſſe* Sacramenti *ſubſtantiales commiſtros*, ſed duntaxat *teſtes contra furtivam clandeſtinitatem*, nec etiam illa Verba: *Accipe Spiritum ſanctum* &c. ab eis prolata pertinere ad Ordinis ſubſtantiam, teſte Morino (*) & Canone II. Synodi IV. Carthaginenſis, & Pio IV. qui ordinationes Epiſcopales apud Indos ab uno tantum Epiſcopo factas pro validis, vitioſis tamen, agnoſcat, etſi ſine Romani Pontificis diſpenſatione factæ fuiſſent (**). Denique concludit Eſpenius, Pontificem contra S. Canones præſertim Nicænos nihil diſpenſatorie agere poſſe, proin ordinationes in primis Eccleſiæ ſæculis fuiſſe validas, non ex Diſpenſatione Pontificia ſed ex ſola neceſſitate & ſalute populi de-

(*) De SS. Ordini: part. 2. Exerc. 1. c. 1.

(**) Vide Pignatell. tom. 1. Conſult. 182. num. 8. & 21.

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

deſumi poſſe: cum ergo eadem neceſſitas & ſalus populi ordinationem Steenhovi exegerit, hinc eam fuiſſe validam concludit.

Hanc privatam Eſpenii epiſtolam alius quidam præfixa præfatione in Eſpenii laudes turgida, & numeris diſtincta ſub titulo *Reſponſionis Epiſtolaris* publicæ luci dedit, deſuper autem Pontificis Internuntio apud Sereniſſimam Belgii Gubernatricem querente, hujus reſponſi exemplar die duodecima Septembris Anno 1725. publice urgente Cardinale Mechlinenſi Archiepiſcopo ex decreto Conſilii Status Brabantiæ lato Bruxellis tanquam Benedicti XIII. Brevi, aliisque ſacræ Sedis decretis deſuper editis *injurioſum ſcandaloſum & pernicioſæ conſequentiæ* eſt dilaceratum, & Eſpenius, ex mandato Mariæ Eliſabethæ Archiducis & Belgii Gubernatricis reſpondere juſſus eſt, an ipſe hujus Epiſtolæ Author eſſet? quo id fatente Conſilium Brabantinum Rectori Univerſitatis Lovanienſis in mandatis dedit, ut ſervato juris ordine in Eſpenium ageret, eumque promeritis pœnis ac cenſuris plecteret. Inſtructis igitur judicii actis die ſeptima Februarii Anno 1728. pronuntiabatur ſententia, vi cujus Eſpenius ſuam Reſponſionem Epiſtolarem intra tres hebdomadas

revocaret, ac interim ab omnibus Ec- Sæc. XVIII.
cleſiaſtis & Academicis functionibus A. C. 1724.
ſuſpenſus cunctas litis expenſas ſolveret (*). Ipſe vero veritus, ne inſuper contra conſcientiæ dictamen (uti ipſus inquiebat) & veritatem agnitam ſuam reſponſionem revocare & formulario contra Janſenium juxta ſenſum Bullæ *Vineam Domini* ſubſcribere, pure ac ſimpliciter Bullam *Unigenitus* recipere a Mechlinienſi Archiepiſcopo cogeretur, octoginta duos annos natus e Patria ſua & Lovanienſi urbe clam aufugit, a Steenhovio & Varleto Ultrajecti ſummis honoribus exceptus, atque ad Seminarium Amisfortienſe nuper a Clero erectum admiſſus.

## §. LIX.

### *Catholici in Sinenſi Imperio acerbius habiti.*

Poſtquam Yum-Chim ſeu *Juntſchin* ſupremum Sinenſis Imperii ſolium ſibi a ſuo Patre deſtinatum conſcenderat, omnium fratrum ſuorum, quorum plurimos habebat, invidiam ſuſtinuit: Ut ergo illis omnem nocendi opportunitatem adimeret, intra breve temporis ſpatium ex illis primo & ſecundo genitum,

P. Flor. Bahr nov. not. Chin. p. 133. Binn. App. erud. Part. XII. lib. 1. art. 2. Du Halde deſcr. Sin. Imp. tom. 3. Sect. I. pag. 158.

(*) In apologia pro fuga ſua.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

nitum, quos eorum Parens jam antea Majeſtatis reos damnaverat, in arctiorem ac perpetuum carcerem conjecit, alios quatuor interfici juſſit, alios vero in exilium detruſit. Præ ceteris vero acriore odio inſectabatur natu nonum Fratrem ſuum, quem a Patre Mourao ad Imperii ſucceſſionem defuncto Patri ſuo propoſitum noverat. Hunc ergo unacum præfato Patre catenis onuſtum ad munitiſſimam Provinciæ *Xan Si* urbem *Tai Tum Fu* octoginta Gallicis leucis Peckino diſſitam deportari, ac quemvis in ſeparato cubiculo includi juſſit, ubi fame & ſiti, æſtu ac frigore, aliisque incommodis vexabantur: Cum autem ambo inter graviſſimas haſce miſerias diutius, ac novus Imperator ſperaverat, vitam protraherent, hic denuo ac ſeverius in eos inquiri præcepit: Mandarini ergo ad aucupandam Imperatoris gratiam intenti, accuſabant illos, quod per foramen quadrilateræ formæ quotidie mutua inter ſe colloquia haberent: Quamprimum Imperator hæc inaudierat, conjurationis inſe conſilia conflari, Principem absdubio Chriſtianorum Sacra ſuſcepiſſe, atque a Patre Mourao luſtrali aqua tinctum fuiſſe ſuſpicabatur: Augebatur ejus ſuſpicio, dum in Principis cubiculo Europæum Abecedarium reperiebatur

qui

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

quod Mandarini arcanos characteres, quibus conjurationis capita aliis occultarentur, eſſe mentiebantur: Nulla igitur mora Imperator Principem ad Urbem *Pao Tim Fu* transferri, atque in teterrimum ergaſtulum conjici præcepit, cujus ſquallore etiam paulopoſt contabuit. Patrem vero Murao ter equleo tortum ſuſpendio necari juſſit, ne tamen infami ſupplicio periret, ex ſingulari beneficio Imperator eidem holoſericum funem transmiſit, ut ſemetipſum ſtrangularet; cum autem Pater Murao ſui ipſius carnifex eſſe nec vellet, nec poſſet, ſupinus ſcamno funibus alligatur, ſaccoque ſaburra pleno in ejus os violenter intruſo, die vigeſima quarta Auguſti Anno 1726. ſuffocatur: corpus autem ipſius in rogum injicitur, cineribus in præterfluentem projectis. Veſpere demum duo Chriſtiani, qui huic Patri poſtrema detulerant obſequia, reſidua corporis ſui oſſa collegerunt, atque cuidam ciſtæ impoſita Peckinum ad Jeſuitas transmiſerunt, ab eis in cæmeterio ſepulta.

Nec mitius Imperator cum Mandarinis agebat, quorum plures aut morte aut exilio mulctavit; totam vero ſuæ ſævitiei molem in Miſſionarios, ceteroſque Catholicos effundendi occaſiones ſtudioſe quærebat: Nec ejus votis



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

diu deerant Provinciarum Gubernatores ad Aulæ auram compoſiti; Hi enim, cum remiſſum in Miſſionarios Imperatoris animum deprehenderent, eumque ad excipiendas querelas contra ipſos delatas omnino facilem, pronumque cernerent, omni ferme die Literati Viris Apoſtolicis infenſiſſimi libellos ſupplices accuſationibus turgidos Imperatori porrexere, criminantes, quod Miſſionarii ſacratiſſimas Imperii leges invertere, publicamque tranquillitatem interturbare molirentur: cum ergo inquietiſſimus hic accuſationum tumultus quotidie Imperatoris circumſonaret animum, & aliunde præconcepta opinio, quod ob nimiam familiaritatem, atque immodicam Miſſionariis indultam libertatem defuncti Patris ſui honori plurimum deceſſiſſet, ejus mentem penitus occupaſſet, hinc mirum adeo non eſt, quod oblatas in Chriſtianos ſæviendi occaſiones ambabus ulnis arripuerit. Prima furoris tempeſtas Fockienſi incubuit Provinciæ; in Urbe enim *Fou gan Hien* Chriſtianis magno numero ibidem degentibus ſacri Evangelii pabulum publice propinabant duo Patres Dominicani ex Inſulis Philippinis huc delati, qui Evangelicæ legis Zelo ac pietatis ardore animati, quamvis ab Imperatore defuncto libertatis literas

e

Sæc. XVIII. A.C. 1724.

eoquod prohibitos ritus damnaſſent, non recepiſſent, plures tamen Eccleſias ex collectis Chriſtianorum pecuniis erexerunt, utriusque ſexus homines Europæos ſimul in Templa ad rem Divinam & Catecheſin admiſere, necnon puellas honeſtiores ad emittendum Virginitatis votum recta & optima intentione permoverunt, quæ tamen omnia Sinenſes tanquam rem indecoram ac probroſam deteſtantur: Iniquiſſimo autem tempore factum, ut quidam Sinenſis Baccalaureus, qui in eadem Urbe fidem Catholicam amplexus erat, cum quodam ex his Patribus Dominicanis altercaretur, atque de gravi crimine reprehenſus, a vera fide deficeret. Hic ergo cum aliis literatis conſpiratione facta libellum ſupplicem mendaciis ac criminationibus refertum componit, & præter præfata, quæ Sinenſibus abominanda noverat, inſuper Europæos ac præcipue ambos Dominicanos accuſat, quod hi ex novæ hujus legis ac ſectæ jam latius propagatæ præſcripto defunctis haud ultra debitum honorem exhiberi permitterent, adeo, ut Patris & Matris etiam, quamprimum e vivis exceſſiſſent, nulla amplius memoria fieret, & ipſius etiam familiæ origo in oblivione haberetur, proin in hac ſecta homo ſine aqua

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

ſine ſcaturigine, & ſicut arbor ſine radice eſſet, ac denique Sinenſes in Europæos transmigrarent. Hunc libellum nefarius hic Apoſtata ad *Zungtunum* ſeu Fockienſis Provinciæ Præſidem detulit; qui in Dominicanos jamjam in latebris deliteſcentes inquiri, Templa partim concremari, partim profanata in Scholas aut delubra converti præcepit: Nec his contentus, hujus Apoſtatæ querelas etiam ad ipſum *Tſong Tou* detulit, qui mox illius Provinciæ Mandarinos variis edictis in Catholicos accendit, ſimulque ad Imperatorem præfati Apoſtatæ libellum ſupplicem transmiſit, legemque Chriſtianam, ceu noxiam Imperio, & Sinicis ritibus inimicam ubique proſcribi petiit, interim vero *Tſong tou* cum Provinciæ Gubernatore conſpirans, in potiſſimis Urbibus edicta ad Religionis Chriſtianæ exterminium collimantia affigi juſſit, cunctis ejus ſubditis interminato graviſſimo ſupplicio, ne fidem Catholicam ſuſciperent, interdixit, omnesque hujus Provinciæ Europæos militum ſatellitio ſtipatos Macoum relegavit ac reſiduas Eccleſias dirui, in Scholas & eruditorum emporium converti juſſit ac denique religionem Chriſtianam ſub graviſſimis pœnis in Provinciæ ſuæ Urbibus proſcripſit. Verum hanc Chriſtianæ legi

vexationem ejusdem hoſtes intra unius Sæc. XVIII.
Provinciæ limites coarctari haud patie- A. C. 1724.
bantur; Ergo Fockienſis Gubernator ac Præſes denuo Imperatori libellum ſupplicem porrigunt, in quo perſecutiones Chriſtianis illatas obtenta neceſſitate excuſant, ſpecioſisque verbis imminens exaggerant periculum, in quo totum Imperium verſaretur, ſi Europæis ſuam legem prædicandi libertas diutius concederetur; Imperator igitur pro tenero ſuo affectu ac ſtudio, quo ſubditorum incolumitati, ac tranquillitati Imperii invigilare jactitabat, omnes Europæos a Sinicis Provinciis ejectos vel ad Aulam accerſiri, vel Macaum amandari, eorumque Templa in communes uſus converti jubet. Nil quoque impenſius, importuniusque, quam Miſſionarios e Regno ejici, hi Religionis hoſtes Imperatori Sinico inſtillabant, probe perſuaſi, nunquam certius Religionis exterminium procurari poſſe, quam diſperſis, ejectisque Paſtoribus, everſisque Templis, quæ, ut in publicos uſus convertantur, communem Reipublicæ utilitatem Statusque rationem depoſcere, omni tempore Pſeudo - Politici perſuadere nitebantur.

Imperator, cui ſponte currenti calcar addere ſuperfluum erat, hunc libellum ſupremo Rituum Senatui Ca-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII A. C. 1724

tholicis ſemper infenſo diſcutiendum tradidit, a quo funeſta hæc ſententia eſt pronuntiata: „Europæi, qui in „Imperatoris Aula agunt, Statui poſ„ſunt eſſe proficui, & Calendaria „conficiendo aliisque actibus utilia Im„perio obſequia præſtare valent, ceteri „vero Miſſionarii in Provinciis agentes, „omnino otioſi & penitus inutiles ſunt, „nec alia præſtant obſequia, niſi quod „Eccleſias conſtruant, & rudi ſtupidæ„que plebi tam Viris quam fœminis „ſuæ Religionis præcepta inculcent: „Europæi igitur Imperio utiles in Aula „conſerventur, ceteris Macaum rele„gandis.„ Hoc Senatus decretum Imperator ſibi die decima Januarii traditum, mox ſequenti die approbavit, ac rubro colore hæc verba adſcripſit: *Ita fiet, ut in Senatu deciſum, Europæi ſunt alienigenæ atque exteri, jam diu ſatis ſeſe in Imperii Provinciis detinuerunt. Executioni ergo mandetur, quicquid Tſong tou Fockienſis propoſuit, ut vero Europæi a plebis inſultu tuti ſint, eidem Tſong tou, cunctisque Provinciarum Gubernatoribus præcipio, ut hos Europæos, eis prius indulta ſemeſtris mora, poſtmodum vel ad Aulam, vel Macaum transferri curent, adjuncto Mandarino, qui illis de ſecuritate & neceſſaria ſuſtentatione provideat.*

Hæ

Hac Imperatoris ſententia Miſſionarii, ceterique omnes Catholici velut fulmine tacti, quo ſe verterent, non invenere; omnis conſilii inopes nequidem in amicis deſperationi ſuæ temperamentum doloris ſperare poterant: horum enim alii officiis dejecti, alii indignationis metu ſe amicos eſſe aut fuiſſe formidabant. non ergo aliud ſupererat levamen, niſi quod dura neceſſitas etiam ab invictiſſimis extorquere ſolet, ferrea patientia: hæc ipſa autem, ſi longior eſſet, nil certius præſagiebat, quam ut Dominicus ager, & ſegetes tam copioſæ, tam amplæ, per ducentos prope annos tot ſudoribus fæcundatæ, tot lacrimis irrigatæ deficientibus operariis ſenſim marceſcerent. Peckinenſes tamen Miſſionarii, qui ab hoc edicto immunes erant, habito inter ſe conſilio tandem decrevere, libellum ſupplicem Imperatori eſſe offerendum; ſed qua via acceſſus pateret illis? cum jam duobus abhinc annis nullus Europæorum ad Imperatoris conſpectum fuiſſet admiſſus? Tentant tamen Fratrem Imperatoris decimum tertium, qui ſolus apud Fratrem ſuum gratia valebat, ſibi propitium reddere, ſed ab eo percipere coguntur, actum agi, ſententiam enim Tribunalis Rituum ab Imperatore jamjam eſſe confirmatam, beneficii in-

Sæc.XVIII. A. C. 1724.

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

ſtar haberent, quod ipſi a communi exilii lege ſint exempti. Quid facturos eſſe Principes Europæos, ſi in eorum Regna penetrarent Sinenſes, & antiquiſſimas eorum leges & ritus intervertere molirentur? Ad hæc respondebant Miſſionarii: Viam gratiæ per Tribunalis edictum Imperatori non occludi, hancque in iisdem ferme circumſtantiis ab Imperatore defuncto Chriſtianis fuiſſe apertam: dato etiam, quod duo in Provincia Fockienſi immaturo Zelo peccaverint, non eſſe æquum, ut tot innocui eorum culpam luerent; ſe quidem, quod Peckini agere permitterentur, grates rependere ſummas, mœrore tamen conſumi, ſi Fratres ſuos expulſos, ſimulque religionem Chriſtianam, pro cujus amore ſpretis vitæ periculis ac incommodis in Sinas veniſſent, exterminatam cernere cogerentur: Ad hæc tamen lamenta Princeps, etſi Chriſtianis haud male affectus eſſet, Imperatoris tamen fratris ſui gratia, Fratrum ſuorum exemplo, excidere veritus, post longas tergiverſationes tandem libellum ſupplicem recepit, eumque Imperatori obtulit. Eo perlecto Imperator tres Jeſuitas Köglerum, Parreninum & Bovetum ad ſe accerſivit, ac vultu ad ſeveritatem compoſito eis hæc exposuit: *Pater meus nimio affectu Eu-*

I

*pœis indulgens, & peregrinis eorum ſcientiis ſaſcinatus non parum gloriæ ſuæ apud Mandarinos detraxit: nec ego doctos Europæos odio habeo, ac propterea eis Peckini commorandi gratiam facio, averſor autem turbas in meo Imperio motas, nec concedere poſſum, ut antiqui ritus aboleantur. Delatæ ſunt ad me non tantum a Fockienſi Provincia, ſed ab aliis quoque pluribus graves querelæ, ac propterea volo, ut omnes Europæi abſcedant, id tamen gratiæ concedo, ut non Macaum, ſed Cantonem emigrent, ibique tolerentur, quamdiu quiete & tranquille, quin legem Chriſtianam prædicent, ſeſe continuerint.*

Sæc.XVIII. A.C. 1724.

Cum ergo Miſſionarii amplius obtinere deſperarent, Imperatori grates rependerunt humillimas.

## §. LX.

### *Severiſſima hujus edicti executio.*

Hujus edicti executioni præfigebatur dies decima ſeptima Februarii, quamplurimi tamen Mandarini moræ impatientes præſtitutum tempus præfeſtina rabie prævertebant; mox ergo incredibili acerbitate Gubernatores militibus ſtipati Paſtores a ſuis oviculis avellunt, cunctosque aut Peckinum aut Cantonem abripiunt, trecentas Eccleſias aut diruunt, aut in profanos uſus

Du Halde *l. c. p.* 161. *Holberg. t.* 4. *p.* 150.

pro

Sæc. XVIII. A. C. 1724

pro libitu convertunt, vel Idololatricæ ſuperſtitioni devovent: plusquam trecenta Chriſtianorum millia ſuis Paſtoribus orbata, infidelium prædæ relinquuntur, ſquallent, nec fidem ſuam publice profiteri audent, ne iram Imperatoris & Mandarinorum magis accendant. Inſuper, ut ſecundioris auræ, ac revocandæ libertatis ſpes omnis intercideretur, Imperator ipſemet librum compoſuit, in quo Chriſtianos nequiſſimis *Pebenkinæ* ſectæ Sinenſibus ad Seditionem ſemper paratis comparans præcepit, ut ex hoc libro omnes omnium Urbium populi inſtruerentur, ejusque doctrinæ a capite ad calcem explicarentur: Poſtea omnes libertatis literas, quas ejus Prædeceſſores Chriſtianis conceſſerant, comburi juſſit, eoipſo autem momento, quo illas ignis a ſacrilego furore accenſus conſumpſerat, fulgur de cælo deſcendens Confutii Templum percuſſit, illudque ultrice flamma funditus abſumpſit, adeo ut conflagratis omnibus, qui ibidem erant repoſiti, theſauris nequidem Confutii oſſa amplius reperiri potuerint: Imputabatur hujus incendii culpa Chriſtianis, unde aucta in eos averſione omnium calamitatum genere opprimebantur: atque ex quinquaginta tribus Miſſionariis, qui adhucdum Pecki-

mor

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

morabantur, potiſſimi Macaum raptati, & Sinenſes Neophyti in carceres conjecti, necnon tormentis cruciati: præ ceteris vero Regii Principes Sunici, qui Imperatorem propinquo Sanguinis gradu attingebant, acerbius habebantur; cum enim nobiliſſimæ hujus familiæ filii ac filiæ jam dudum ſacro fonte tincti ingenti fervore, ac pietatis ſenſu religionem Chriſtianam publice, conſtanterque profiterentur, Mandarini horum exemplum ad ceterorum imitationem ac conſtantiam ingens fore incitamentum veriti, Imperatorem importunius inſtigabant, ut illos vel blanditiis ad ſectam revocaret, vel in renitentes totam indignationis ſuæ molem exoneraret: Tentatur ergo Principum conſtantia, offeruntur ſummæ dignitates & præmia, promittitur perennatura Imperatoris gratia: Verum ad hoſce aſſultus Principum animus ad fidem Chriſto illibate ſervandam obfirmatus minime molleſcere cæperat, minus vero titubabat: fortiores ergo admoventur minarum machinæ, ſulphurata Imperatoris indignatio, rerum temporalium ruina interminatur, eisque ſuadetur, ne velint iram prius experiri quam gratiam: cunctis vero nihil proficientibus ab Imperatore toti huic illuſtriſſimæ Familiæ exilium indicitur,

inji-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

injiciuntur catenæ, nulla cruciatuum vis prætermittitur. Haud ignorabant generoſi hi Principes, quo tam inhumana Imperatoris ira in agnatum ſanguinem deſæviens ſpectaret, ipſe etiam carceris cuſtos monebat, unicam eſſe ſalutis viam, ſi ejurata Europæorum religione ad patrios Ritus reverterentur: Verum ad haſce voces exhorruere Principes, millies diſcerpi, quam fidem Chriſto datam vel verbo violare parati. Ergo palatiis ſuis, amplis fortunæ bonis, grandibusque dignitatibus exuti in Tartariam ejiciuntur, & fame ac ſiti prope enecti, immenſo exultant gaudio, quod pro Dei honore & Chriſtianæ fidei amore digni habiti eſſent, exilium & contumeliam pati: Vix ad exilii ſui locum *Furdam* Tartariæ urbem vix non nudi, omniumque inopes deportati erant, cum e Principatu ſuo velut ad fortunatiſſimam ac permanſuram cæli Inſulam ſeſe translatos gaviſi, Miſſionariorum munere fungi inciperent, omnesque incolas, quotquot poterant, ad veræ fidei agnitionem expoſitis Chriſtianæ Religionis præceptis pertraherent: Comitabantur eos utriusque ſexus ſeptuaginta exules, calamitatis æque ac Apoſtolici laboris ſocii ac fructus; plerique enim ad Chriſtianam veritatem efformati, ſuorumque

Domi

Sæc. XVIII.
A.C. 1724.

Dominorum exemplo, monitisque ad omnem probitatem inſtituti in hac terra deſerta in vinea Domini laborare certabant: Nec tamen diu interno hoc ſolatio frui permittebantur, cum enim eorum Parens, prope octogenarius Princeps accuſaretur, quod ipſe aliquot ex Filiis, ſubditisque ſuis Chriſtianæ legi nomen dare permiſiſſet, etiamſi ipſemet Imperatoris iram, ſuarumque facultatum jacturam veritus nunquam Baptismum recepiſſet, nihilominus in exilium pariter detruditur, ejus vero Filii in varias diſperguntur Provincias, ac novem ſinguli gravibus catenis e collo pendulis onerati in varios raptantur carceres, omni humano deſtituti auxilio, ex quibus Joſephus Princeps ſanctitatis fama celebris Anno 1727. in carcere obiit. Omnibus tamen hiſce ærumnis acerbiorem regiis Principibus intulit animi dolorem, quod Patrem ſuum licet de Chriſtianæ legis veritate convictum, ſpe tamen ad priſtinam dignitatem redeundi obcæcatum, nunquam ad fidei profeſſionem perducere potuerint, ſine Baptismo in exilio mortuum. Feliciores erant tres ejus Filii, qui carceris ſqualore confecti, & a militante Eccleſia ad triumphantem translati, invictæ ſuæ conſtantiæ coronam in cælis adepti ſunt,

Sæc. XVIII.
A.C. 1724.

ſunt, quorum exemplo quamprimi per
Imperium ſparſi non minus heroica
Chriſtianæ conſtantiæ ſpecimina edi-
dere: Nec otioſi in ſuis latebris hære-
bant varii Ordinis Miſſionarii, qui in-
ſuperhabito Imperatoris mandato, quo
vetera contra Viros Apoſtolicos edicta
exacte in uſu deduci, nullique veniam
dari præcepit, clam Chriſtianis Sacra-
menta adminiſtrabant, eosque ad Verbi
Divini paſcua deducebant. Ex his ta-
men quidam Dominicanus, alius Ca-
puccinus, ac denique Franciſcanus à
Sinenſibus proditi capiebantur, qui ali-
quamdiu in carcere detenti capite plexi
ſunt. Referunt, abſciſſum Capuccini
caput per integras tres horas Evange-
lium annuntiaſſe, & quamvis Sinenſes
pudore ſuffuſi linquam e capite vene-
rando eruiſſent, nihilominus tamen
Verbum Dei annuntiantem audire co-
gebantur, nec præpedire poterant, quia
hoc prodigio permoti gentilium non
pauci palam fidei Catholicæ nomen da-
rent. Miſſionarii quoque a S. Congre-
gatione de Propaganda in Sinas miſſi
quosdam in China natos deſignabant,
qui clam in variis Provinciis ſalutis me-
dia Chriſtianis propinarent. Ex Jeſui-
tis etiam tres natione Sinenſes; ſub
mercatorum atque opificum habitu Ur-
bes, oppida & pagos percurrebant, &
ob

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ob nativam linquæ peritiam minus ſu- Sæc. XVIII.
ſpecti ſuorum popularium ſalutem ſe- A. C. 1724.
dulo procurabant. Peckini inſuper, connivente Imperatore, in Templis, adhibita tamen omni circumſpectione, Chriſtiani conveniebant, tanto impigri laboris fructu, ut intra unius anni anguſtias plusquam decem millia Sacra Dape ſint refecta, multique, præcipue infantes morituri, aqua luſtrali abluti fuerint. Idem quoque Cantone factum, quamvis occultius. Plures etiam Urbium Gubernatores præcipua Chriſtianæ Religionis exercitia caute impenſa diſſimulabant, eoquod Imperatorem Peckinenſibus Patribus ob ſcientiarum artiumque peritiam propenſum eſſe, eosque ab illo non modo tolerari, ſed & publicis dignitatibus honorari, imo & Patrem Ignatium Kögler in ſupremum Mathematici Collegii Præſidem nominatum, & quod ſane mirum, in Rituum quoque Senatum fuiſſe introductum noſſent.

## §. LXI.

## *Nova Legatio Apoſtolica ad Imperatorem Sinenſem a ſummo Pontifice decreta.*

Hoc item anno ſummus Pontifex ex conſilio S. Congregationis de Propaganda fide literas ad Sinenſium Im- pe-

*Binner l. c. pag. 161. Euſebii Enchirid. Chron. p. 469.*

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

peratorem per Legatos ſuos transmittere decrevit. Ad ſubeundam hanc Provinciam ex Seminario S. Pancratii ſeligebantur duo Patres Carmelitæ Diſcalceati Pater Gotthardus a S. Maria ex Provincia Auſtriaca, & P. Ildephonſus a S. Maria Provinciæ Longobardicæ. His ergo Benedicti XIII. Pontificis literæ cum pretioſis muneribus pro novo Imperatore fuerunt conſignatæ, eisque injunctum, ut cuncta hæc in manus Patris Raynaldi Mariæ Carmelitæ Diſcalceati, qui ob ſcientiæ & prudentiæ præſtantiam in Regia Curia Peckini morari permittebatur, deponerent. Hic vero tam literas quam munera Imperatori Pontificis nomine una cum aliis Miſſionariis in eadem Curia degentibus offerret. Advenerant illi duo Legati Apoſtolici Peckinum anno ſequenti, compertoque eorum adventu Imperator tres deſignabat dies, in quibus eorum alloquio frui vellet. Primo igitur die convocatis omnibus Europæis Sacerdotibus hos Legatos in conſpectum admiſit, ab eisque munera & Pontificis literas gratanter ac perbenigne accepit: In ſecundo colloquio multa de religione diſſeruit, ex quibus tamen haud obſcure eluxit, illum nulli omnino religioni eſſe addictum: cunctas tamen laudabat, aſſerens, om-

ad unum collimare finem: cumque hi Legati pro afflictis oppreſſisque Europæis Imperatoris clementiam efflictim exorarent, Imperator vel ullum ex Europæis fuiſſe a ſe vexatum, eo confidentius pernegabat, quo ſtudioſius crudelitatis erga exteros notam a ſe amoliri nitebatur, propterea in Mandarinos vexationis, quam exoptaverat, invidiam detorquere ſolitus: Inſinuantibus vero Legatis, quod ex Miſſionariis plusquam quadraginta Cantonem exulare juſſi eſſent, alii vero capitis ſupplicium ſubiiſſent, Imperator immoderatori eorum Zelo id eſſe adſcribendum reſpondit: inde vero captata occaſione Legati de exulibus clementer revocandis ſermonem ingerebant, Imperator vero mox interrupto colloquio, ſe nunquam commiſſurum dixit, ut antiqui Sinicæ Nationis ritus abrogarentur, ſatis liberalem ſe fuiſſe, quod Peckini & Cantone Europæos toleraret; ſe odio habere religionem Chriſtianam, eoquod conſuetudinum Sinicarum inimica eſſet, & diſcordias foveret: His dictis dimiſſi ſunt Legati, quibus tamen Imperator ea die, qua ipſum poſtremo diſceſſus cauſſa convenerant, Codicillos ad Papam & S. Congregationem unacum muneribus ſua munificentia dignis tradi juſſit, injungens, ut ea ad Pontificem

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

 de-

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

deferrent, dato etiam his Legatis ad longum iter congruo viatico. Hi ergo navigationem aggreſſi, Anno 1725. Romam pervenere, cunctaque in manibus Patrum præfatæ Congregationis depoſuerunt.

## §. LXII.

## *Benedicti XIII. Conſtitutiones & decreta.*

*Append. ad Conc. Rom. pag. 162. & ſeqq.*

Cum Benedictus XIII. ſummus Pontifex Apoſtolatus ſui auſpicia primasque curas Paſtorali vigilantiæ, ac diſciplinæ Eccleſiaſticæ reſtaurationi ſacrare conſtituiſſet, mox plures hanc in rem edidit Conſtitutiones, & quidem die vigeſima quarta Aprilis confirmata Pii II. Conſtitutione decrevit, ut primi fructus medii Beneficiorum vacantium in Archidiæceſi Beneventana convertantur in reparationem & fabricam præfatæ Eccleſiæ, ſive collatio, inſtitutio & proviſio ſpectet ad Archiepiſcopum, ſive ad Abbatem de Padula aliosve, non autem ſi eadem collatio pertineat ad S. Sedem. Die autem quarta Junii Conſtitutionem a ſe & triginta Cardinalibus tum Romæ agentibus ſubſcriptam edidit, in qua retulit quod quidem S. Andream Epiſcopum Feſulanum ex Ordine Carmelitarum ma-

rit

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

ritis ac miraculis clariſſimum Eugenius IV. Papa jam Anno 1440. præſentibus Cardinalibus, & Clero ac Senatu Florentino flagitantibus, Sancti honoribus coli permiſerit, & Paulus II. Sixtus IV. Gregorius XIII. Clemens VIII. Paulus V. & Gregorius XV. de eodem Beato Sanctorum Canoni adſcribendo egerint, primum tamen Urbanus VIII. ſæpius diſcuſſis hujus Servi Dei vita, geſtis, virtutibus & miraculis, omniumque ſuffragio comprobatis Anno 1629. ſolemni ritu in Sanctorum Album retulerit: quoniam vero nec ab Urbano, nec ab ejus Succeſſoribus de hac apotheoſi decretales literæ fuerint promulgatæ, hinc Pontifex, ne de hac ſanctione unquam poſſit dubium moveri, Apoſtolica auctoritate ſtatuit, ut hæc omnia ſuum undequaque & plenum conſequantur effectum, acſi ab eodem Urbano VIII. literæ decretales fuiſſent deſcriptæ ac promulgatæ. Inſuper Pontifex die duodecima Julii, ut Pauperibus Eccleſiaſticis & Religioſis, qui lites a reis inquiſitis in Romana curia introductas proſequi tenentur, levamen præſtaret, Promotorem fiſcalem Generalem aſſignato in ſingulos menſes ſalario viginti quinque ſcutorum a Camera Apoſtolica ſolvendorum conſtituit, qui eorum rationes in Judicio deducere,

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

ſimulque id omne præſtare teneatur, quod ad bonam & Canonicam defenſionem ſententiæ vel decreti ab his Diæceſanis Præſulibus &c. lati neceſſarium videbitur. Die autem vigeſima nona Julii decretum edidit, quo indemnitati atque utilitati locorum piorum Diæceſis Beneventanæ conſulens, conceſſiones bonorum in emphytheuſin innovari prohibuit, declaravitque, quod Eccleſia expleto conceſſionis tempore vel caſu devolutionis eveniente ad renovandum cogi non valeat: Denique hoc etiam anno Canonicatus Beronenſis annuente Pontifice reſtitutus; cum enim tempore, quo Zwingliana peſtis Helvetos invaſerat, Lucernenſes Catholici in Valeſiam, ut ibidem vera Religio conſervaretur, multos Sacerdotes miſerint, non ſine maximis ſumptibus alendos; has vero expenſas ut ſenſim compenſare poſſent, a ſacra Sede impetrarint, ut unius Canonicatus Beronenſis proventu frui permitterentur, usque dum omnia expuncta fuiſſent debita: his ergo ſolutis Pontifex facultatem eis dedit ſingulis annis innovandam, ut præfatos fructus in ſtipendia pro Studioſis Valleſianis applicare poſſint. Hoc vero anno ſublatis his quoque ſtipendiis hic Canonicatus eſt reſtitutus, & fructus uni ex duodecim Expectantibus attributi. Inſuper

di

die vigeſima Julii omnibus Eccleſiis Metropolitanis & Cathedralibus, in quibus Altare privilegiatum quotidianum perpetuum non reperitur, indulſit, ut quandocunque quivis Sacerdos Miſſam defunctorum in Altari ſemel tantum privilegiato celebrat, anima de theſauro Eccleſiæ per modum ſuffragii indulgentiam conſequatur & Chriſti meritis a purgatorio liberari poſſit. Denique Pontifex Bullam, qua Concilium anno ſequenti in Eccleſia Lateranenſi celebrandum indixit ac die vigeſima quarta Decembris promulgavit, edito ſequenti diplomate. Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Redemptor noſter, qui plantavit vineam ſuam electam, eamque locavit agricolis, ut redderent fructus temporibus ſuis, & vigilantiam potiſſimum cuſtodibus commendavit, ut ſi quæ mala germina ſuccreviſſent, provida ſollicitudine evellerent, ac diſſiparent, & per aſſiduum boni ſeminis cultum, optimas in horrea, copioſasque fruges inferrent. Myſticis his monitis ac præceptis inſtituta Chriſti Eccleſia nihil ad doctrinæ diſciplinæque ſalutaris fructum conducibilius reputavit, quam ut prudentes ſervi, quos poſuit cuſtodes Dominus in vineis, ſtatis temporibus convenirent in unum, eorumque collatis in commune conſiliis mores emendarentur, controverſiæ componerentur,

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

vineæque florentes latius darent odorem ſuum. Itaque per Sacros Canones ſæpe decretum, ut quolibet ſaltem triennio uniuscujusque Provinciæ Epiſcopi, legitime congregati, Provincialem Synodum celebrarent, eumque morem, ſicubi obſoleviſſet, Sacroſancta Tridentina Synodus renovandum, reſtituendumque curavit. Ac Nos quidem, cum in Beneventana Noſtra Eccleſia reſideremus, graviſſimis licet calamitatibus conflictati, ac terræ motibus horribiliter jam tertio concuſſi, ac prope ruinis oppreſſi, Metropoli ipſa collapſa, & ſolo pœne æquata, B. Philippi Nerii præſenti ope ſervati, Canonicæ hujus obſervationis officium, ſemel & iterum obire non prætermiſimus.

Ad hanc vero Apoſtolicæ Sedis formidandam altitudinem evecti, univerſæque vineæ Domini Sabaoth, licet immerentes, præpoſiti, nihil antiquius habuimus, quam ut ſaluberrimam hanc Epiſcopalis muneris partem, & ipſi præſtaremus alacrius, & cæteris explendam vehementius commendaremus, primæ hujus Sedis exemplo, ut cujus epiſcopale viget Magiſterium, Epiſcopalis etiam ſervitutis forma, cunctis Eccleſiæ Paſtoribus ad imitandum propoſita, operarios ad laborem magis accenderet, atque ad uberiorem agri Do-

Dominici fructum redundaret. Acceſſit præterea ad ſtudiorum noſtrorum incitamentum magni Jubilæi opportunitas, cum nimirum perditas oves ſtudioſius requirere, atque ad earum ſalutem intentius advigilare, Annus ipſe Redemptionis, acceptabilis Domino, & materna Romanæ Eccleſiæ charitas, & oblata æterni Patris benignitas admonet. Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Volumus igitur, ac mandamus, ut Epiſcopi omnes, in ſpeciali noſtra Provincia conſtituti, videlicet intra Capuanam Provinciam & Piſanam, necnon Archiepiſcopi Suffraganeis carentes, & tam Epiſcopi huic ſanctæ Sedi immediate ſubjecti, quam Abbates nullius Diæceſis, Jurisdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, qui alias ſibi Metropolitanum, cujus Provinciali Concilio interſint, ad formam Tridentini non elegerunt, ad diem Dominicam in Albis proximi Anni 1725. in hanc Almam urbem conveniant, ut in Concilio nobiscum congregati Eccleſiarum ſuarum neceſſitates proponere, & quæ diſcutienda proponentur, communi Conſilio expendere, & conſenſu firmare valeant. Simul etiam Capitulis & Cleris ſuis edicant, ut ſi quæ habeant negotia, quæ ad Synodalem conventum, quem in antedictam diem indicimus de-

Sæc. XVIII. A. C. 1724. deferenda cenſuerint, per Procuratores ſuos, Synodi Judicio dirimenda aut componenda, proponant, preces autem interea & privatas effundant, & publicas, ex præſcripto Sacrorum Canonum indicant, ut Pater cæleſtis, dives in Miſericordia, viſitare vineam iſtam in benedictionibus ſuis, & conſilia, actusque noſtros aſpirando prævenire & adjuvando proſequi dignetur.

## §. LXIII.

### *Sacrarum Congregationum deciſiones & Conſtitutiones.*

*Deciſ. SS. Congr. Concil. rit. &c.*

Inſuper Patres ſacrarum Congregationum pari fervore diſciplinam Eccleſiaſticam promovere intenti, motis variis dubiis ac cauſis plures etiam condiderunt ſanctiones, & quidem die decima quarta Januarii ſacræ Congregationi Concilii propoſitum erat dubium, quomodo ſe cujusdam Hoſpitalis Parochus gerere debeat in collatione Baptismatis infantibus, qui ad Archi-Hoſpitale deferuntur, ſive iidem habeant ſchedam de Baptismo teſtantem ſive non, & etiamſi ex colore & ceteris corporis qualitatibus deprehendatur, eosdem eſſe conſtitutos in ætate ſex aut decem menſium, vel unius anni cum dimidio? Sacra Congregatio Concilii reſpondit, *eſſe baptizandos ſub conditio*

*ditione in omnibus caſibus, excepto tamen caſu ſchedulæ, quæ habeat certitudinem.* Sæc.XVIII. A.C. 1724.

Eadem die Benedictini S. Rituum Congregationi expoſuere, quod jam Anno 1602. Clemens VIII. in Martyrologio Romano S. Stephani Abbatis ſequens elogium apponi conceſſiſſet: *Octavo Idus Auguſti, Burgis in Hiſpania in Monaſterio S. Petri de Cardegna Ordinis S. Benedicti Ducentorum Monachorum cum Stephano Abbate, qui a Saracenis pro fide Jeſu Chriſti interfecti ſunt, atque ibidem in Clauſtro a Chriſtianis ſepulti.* Dictaque deſcriptione in novis Editionibus dicti Martyrologii Romani ſubinde tum Romæ, tum & alibi factis omiſſa ex ignorantia typographorum. Prænominatos Sanctos Martyres in dicto Martyrologio Romano cum enunciato Elogio apponi poſſe mandavit Congregatio Rituum, concedente Benedicto XIII. ſub die 31. ejusdem Menſis & Anni 1724.

Sacra vero Rituum Congregatio annuente ſummo Pontifice die ſecunda Septembris indulſit, ut Officium Sanctiſſimi Redemptoris quotannis Dominica tertia Julii & Officium S. Birgittæ die octava Octobris ſub ritu duplici ab utroque Clero recitari & Miſſa celebrari queat. Die vero decima quarta Septembris Benedictus XIII. omnibus fidelibus, qui vere pœnitentes &

con-

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

confeſſi ac Sacra communione refecti ad pulſationem campanæ, mane vel meridie, vel veſpere conſuetam orationem, Angelus Domini nuntiavit Mariæ & concepit de Spiritu ſancto, ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum, & Verbum caro factum eſt & habitavit in nobis, & ſimul cum dicta oratione ter ave Maria &c. flexis genibus devote recitaverint, ac pro Chriſtianorum Principum Concordia, hæreſum extirpatione & ſanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione preces effuderint, plenariam indulgentiam & remiſſionem omnium peccatorum univerſaliter & in perpetuum in uno ex diebus cujuscunque Menſis ab ipſis fidelibus eligendo conceſſit: in aliis vero anni diebus pariter in perpetuum fidelibus, qui vere contriti orationem, ut ſupra dixerint, quoties id fecerint, centum dies indulgentiæ.

Denique die nona Decembris annuente ſummo Pontifice Sacra Rituum Congregatio inſtante Eminentiſſimo ac Reverendiſſimo Domino Cardinali Barbadico Epiſcopo Patavino cenſuit in fine ſextæ lectionis pro officio diei feſti ſanctiſſimi Redemptoris ſub die 26. Auguſti proxime præteriti univerſo Dominio ſereniſſimæ Reipublicæ Venetiarum conceſſo, addi & imprimi poſ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

verba infra ſcripta:,, ut autem accepti beneficii recordatio & cultus erga Servatorem noſtrum augeretur in dies, officium proprium & Miſſam ſub titulo ſanctiſſimi Redemptoris, quæ Innocentius decimus tertius Romanus Pontifex omnibus utriusque ſexus Chriſtifidelibus Venetiis exiſtentibus, qui ad horas Canonicas tenentur, ſingulis annis Dominica tertia Julii recurrente, recitanda conceſſit, Benedictus decimus tertius itidem Romanus Pontifex ad totum ſtatum & Dominium Venetum extendit.,,

Sæc. XVIII. A.C. 1724.

## §. LXIV.

## *Nova ſecta in Galliis exorta.*

Calviniana hydra procreandis monſtris ſemper fæcunda hoc item anno in Francia novum ejusmodi effudit partum; Montpellii enim, ubi Janſenii ſecta, infauſtus Calvinismi ſurculus, liberius caput erigebat, nova ac nefanda detegebatur ſecta, cujus affeclæ ſeſe *Levitas S. Spiritus* appellitabant. Hi cubicula habebant lineis albi coloris tapetibus ornata, & mattis culcitrisque ſtramentitiis inſtructa: Noctu ſua, quæ vocabant *novam Sion* conventicula agebant, ac ritu ſuo ſacris operaturi, ad exterius cubile, quod *Sancta*

*Gottfrid. cont. Hiſt. l. 17. p. 830. & 843. Hiſt. Univ. Period. I. pag. 201.*

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

*Sancta Sanctorum* appellabant, ingrediebantur, ubi erecta erat Ara, & cathedra ab ipſis *Sedes Eliæ* vocata, candelabrum in ſeptem brachia extenſum, ingens murcini operis vas, & gazophylacium reperiebatur: Non deerant, quos Sacerdotes appellabant, veterum Judæorum more veſtitos, qui peracta re Divina ad ſectarios ſuos hæc verba proferre conſueverant; *ite ad cubiculum, creſcite & multiplicamini*, quo dicto unanimes ad præparatum procedebant cubile. Parvulos ſuos circumcidebant, ſimulque eos baptizabant, non tamen aqua, ſed vino puro & aduſto. Supremum eorum Sacerdotem vocabant *Jacobum Prophetam*. Poſtquam vero nefanda hæc Societas detegebatur, mox Franciæ Rex Roquelorio Duci in mandatis dedit, ut probroſam hanc ſcelerum ſentinam diſſiparet, atque ex urbe ejiceret: Non deerant tamen (& quando unquam impietati ſui defuere Patroni) qui nefariam hanc peſtem potenter protegerent, nihilominus tamen Regis juſſa protinus executioni fuere data: Hæc ipſa monſtrorum progenies Galli Regis vigilantiam excitabat, ut Calviniſtis ſectæ libertatem reſtringeret: cum enim natione Galli in exterorum Legatorum domibus ad Prædicantium declamationes convenire præſumerent

R

Rex die decima tertia Menſis Maij edictum in omnibus Regni Provinciis promulgari juſſit, quo vetitum, ne indigenæ in his ædibus convenirent, indicta triremium pœna, necnon omnium bonorum proſcriptione, & officiorum privatione: Querebantur vehementer Proteſtantium Principum Oratores, ac præcipue Fœderati Ordines, & Haſſo-Caſſelenſis Landgravius pro Calviniſtis apud Regem deprecabantur; nil tamen amplius obtinere poterant, niſi ut illi, qui ſeſe Regio decreto ſubjicere renuerent, emigrarent: quapropter plusquam bis mille in ſua ſecta pertinaciores Menſe Octobri e Galliis Amſtellodamum, Lugdunum Batavorum & Roterodamum profugere, ipſo Rege ſibi plurimum aggratulante, quod Regnum ſuum ab hac colluvie ſine ſtrepitu ac tumultu expurgaſſet.

## §. LXV.
## *Horatii Philippi Spadæ Cardinalis obitus.*

Nonniſi unicum ex Purpuratis, qui hoc anno ex ergaſtulo carnis eductus eſt, reperio. Erat is Horatius Philippus Spada patria Lucenſis. Hic a nobiliſſimis ſuis Parentibus ſeptimo ætatis anno Romam ad Patruum ſuum

*Vita Card. Spad. tom. I. pag. 322.*

Joan-

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Joannem Baptiſtam Cardinalem de Spada miſſus, ſub ejus cura in pietate ac literis adolevit: Humanioribus diſciplinis probe imbutus Philologiæ, Philoſophiæ, Theologiæ ac Jurisprudentiæ operam, ſtudiumque navabat, Doctoratus laurea ornatus. Poſtea ab Innocentio, cui ingenui hujus Juvenis honeſtas, aſſiduitas, ingeniumque notum erat, Honorarius nominabatur Cubicularius, ab eodem rubrum Gallerum Bonviſio Cardinali Viennam deferre juſſus. Inde Romam reverſus, denuo ſacris literis ingenium ſuum excoluit. Jam tum ejus virtus ac doctrina juſtum depoſcebat præmium; quocirca ab Innocentio XII. Internuntii Apoſtolici munere auctus, per triennium Bruxellis morabatur, ac poſtea dictus Thebanenſis Archiepiſcopus Coloniæ Pontificium agebat Nuntium. Interfuit quoque Rysvicenſi pacis conventui, fædusque Cæſarem inter & Gallo-Hiſpanos conciliaturus Viennam venerat, ſed exacerbatis contra Clementem XI. Aulicorum animis, optato Legationis ſuæ fructu deſtitutus, in Poloniam Nuntius mittebatur: Nulli pepercerat labori, ut Poloniæ Proceres ad fidem Regi ſuo ſervandam revocaret, & Radziejowskium Cardinalem Regni Primatem a promulgandi

Inte

Interregno averteret; cum autem oleum & operam perderet, e Varſavienſibus comitiis diſceſſit, mala ex ipſorum pertinacia mox redundantia eis vaticinatus; his vero reſpondentibus *ferri aciem nunquam magis quam cota libertatis tuendæ excitari, & centimanum eſſe Virum, qui pro libertate pugnat*, prudenter Spada repoſuit, *vera libertas in eo conſiſtit, ut honoretur Rex, non autem ut fiat, quicquid libet.* Paulopoſt ad Auguſtum Regem Nicolaus Schwiecicki Posnanienſis Epiſcopus Varſaviam captus deducebatur, quem Spada per Abbatem Merendam Romam deportari curavit, totoque Legationis ſuæ tempore tam præclara Sedi Apoſtolicæ & Polono Regi præſtitit obſequia, ut Purpura decorari mereretur. Romam igitur, ac inde in Patriam reverſus dimiſſo Lucenſi Archiepiſcopatu, Auximenſem Eccleſiam Epiſcopus regendam ſuſcepit, ibidemque Orphanotrophium & Seminarium extruxit. Mortuo Innocentio XIII. Cardinales Albaniis addicti Spadam in ſummum Pontificem eligi depoſcebant, ſuffragante etiam ipſo Imperatore: unde eruditus quidam calamus adMalachiæ vaticinium: *Miles in Bello* hanc quæſtionem hoc chronoſticon expoſuit: *qVIs erIt MILes In beLLo?* ac reſpondit: *Is erIt HoratIVs phI-*

Sæc.XVIII.
A.C. 1724.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

*LIppVs ſpaDa.* Verum paucos poſt dies apoplexia tactus die vigeſima octava Junii anno ætatis ſexageſimo quinto rebus mortalibus valedixit. Erat ceteroquin Vir morum probitate, conſcientiæ teneritudine prudentia, eruditione, rerumque publicarum cognitione longe præſtantiſſimus.

## §. LXVI.

### *Quinque Cardinales hoc anno a Benedicto XIII. creati.*

*Guarnac. tom. 2.*

Hujus Cardinalis jacturam Benedictus XIII. Papa abunde compenſabat, dum hoc anno ſacrum Collegium quinque novis Purpuratis, diverſo tamen tempore creatis auxerat. Ex his primus erat Joannes Baptiſta de Altieriis patria Romanus, Archiepiſcopus Tyrenſis Presbyter Cardinalis tit. S. Matthæi in Merulana, alter Alexander Falconerius itidem Romanus Almæ Urbis Gubernator Cardinalis Diaconus S. Mariæ de Scala: ambo hi Cardinales die undecima Septembris enuntiati fuerunt. Die autem vigeſima Novembris Pontifex unicum creabat Cardinalem Vincentium de Petra patria Neapolitanum Cardinalem Presbyterum tit. S. Onuphrii. Hunc die vigeſima Decembris ſecuti alii duo, Proſper Marc-

Mareſuſcus Maceratenſis Papæ Vicarius Generalis & Cæſareæ Archiepiſcopus: Presbyter Cardinalis tit. S. Clementis, & Frater Auguſtinus Pipia Sardus ex ſupremo Ordinis Prædicatorum Magiſtro Generali factus Cardinalis Presbyter tit. S. Sixti.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

## §. LXVII.

### *Principum atque Illuſtrium obitus.*

Hic quoque annus pluribus generis nobilitate, ac dignitate præſtantibus vitæ ſuæ poſtremus fluxerat; præprimis enim Joannes Philippus Franciſcus S. R. J. Princeps ac Comes de Schönborn Herbipolenſis Epiſcopus ac Franciæ Orientalis Dux, dum ex Mergenthemio Herbipolin revertebatur, in itinere apoplexia tactus æternitatis iter anno ætatis ſuæ quinquageſimo primo die decima octava Auguſti aggreſſus eſt, cui die ſecunda Octobris Chriſtophorus Franciſcus de Hutten unanimi Canonicorum ſuffragio electus ſucceſſit. Menſe autem Julio Viennæ deceſſit Antonius Folck de Corduba Valentiæ Archiepiſcopus & Hiſpani Conſilii Præſes. Hic teſtamenti tabulis hæredem dixit Grimaldum Papæ Nuntium, cavitque, ut locupletiſſima ejus Bibliotheca Carolo Cæſari duntaxat ad uſum relin-

*Hiſt. Univ. Period. I. p. 20. t. 9. S. R. Millot mem. Politiq. t. 5. pag. 105.*

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

relinqueretur, poſtea autem ad quodam Hiſpaniæ Monaſterium FF. Minorum transferretur: pretioſum quoque Eccleſiæ theſaurum, quem ex Hiſpania profugus hoſtium rapinæ ſubtraxerat, reſtitui voluit. Hoc quoque anno Philip. V. Hiſpaniæ Rex, uti memoravimus, Regnum ſuum abdicare, atque unacum Regina in S. Ildephonſi arce, reſiduos vitæ dies ibidem tranſigere conſtituit, hancque in rem die decima Januarii datis literis Mirabello Marchioni negotium dedit, ut ad diem decimam quintam ejusdem Menſis Regni Proceres convocaret, quibus una congregatis Rex declarabat, quod ob virium debilitatem natu majori Filio ſuo Ludovico Hiſpanæ Monarchiæ regimen pleno jure cederet, quo facto, & ceſſionis diplomate ſubſcripto hunc ſuum Filium in Regem declaravit: cum autem idem Ludovicus ex morbillis & colica inflammatoria cum ingenti omnium luctu præmatura morte die trigeſima prima Auguſti eriperetur, Philippus ejus Pater denuo Regiminis clavum ſuſcipere cogebatur. Inſuper præter Gicolium Capaccienſem Epiſcopum ſexaginta duos annos natum vivos deſeruit Romæ Carolus Albani Princeps de Soriano, Clementis XI. ex Fratre Nepos, & Joſephus de Comitibus Du-

Guadagnolæ, Innocentii Papæ XIII. Frater natu minimus: In Galliis die duodecima Aprilis mortalitatem exuit in ſua Diæceſi Petrus de Langle Bolonienſis Epiſcopus apud Morinos. Hic unus erat ex quatuor Franciæ Epiſcopis appellantibus, ſuæ appellationi adeo pertinaciter inhærens, ut priusquam Sacro Viatico & extrema unctione a primario Archidiacono ſuo muniretur, cuncta contra Bullam *Unigenitus* acta & ſcripta rata habere, & innovare, præſentibus quibusdam ex ſuis Canonicis voluerit. Teſtamento caverat, ut ſuæ familiæ bona ſuis domeſticis, reſidua autem Noſocomio & Seminario concederentur. Sepeliebatur die decima tertia Aprilis feria quinta hebdomadæ ſanctæ, ubi illius diei Miſſa legebatur, quæ incipit: *Mihi autem gloriari oportet* &c. quæ verba ſicut & hæc Evangelii: *Exemplum dedi Vobis, ut quemadmodum ego feci* &c. perperam ejus amici ad defunctum applicabant. Eodem ferme tempore deceſſit Embrodunenſis Archiepiſcopus, qui etiam ſeſe Conſtitutioni pertinacius oppoſuit, ac propterea Borbonia Duciſſa ejus exequiis intereſſe renuit. Succeſſorem habuit Abbatem Tenſinum. Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Pariter Taurini e vivis exceſſit die decima quarta Martii Maria Joanna

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Baptiſta Regis Sabaudi Mater octogenaria. Obiere inſuper die prima Martii Onolsbaci Eleonora Juliana Caroli Wirtenbergici Ducis uxor; Erneſtus Fridericus Dux Saxo - Hilpershuſanus annos natus quadraginta tres: Romæ Joſephus Bernardus Dux Saxo-Coburgo - Mainungenſis: Manheimii die trigeſima prima Martii Carolus Franciſcus Princeps Sulzbacenſis hæres, ac Electoris Palatini Nepos nonniſi ſex annos natus. Menſe Aprili Oberbrunæ in Alſatia Sophia Sibilla Friderici Haſſo - Homburgenſis Ducis Vidua. Neapoli Dux Campanæ, Grandis Hiſpaniæ: Friderica Amalia Princeps Naſſovio - Dillenburgica, die vigeſima prima Septembris Guilielmus Dux ejusdem Familiæ, & die ſeptima Octobris Fridericus Dux Holſato - Schleswicenſis, die vigeſima quarta Novembris Dux Saxo - Coburgo - Mainungenſis anno ætatis quinquageſimo tertio: denique ob raritatem meretur recenſeri obitus Petri Czartan civis religione Græci, qui die quinta Januarii in Pago Koffræſch ditionis Temesvarienſis anno ætatis centeſimo octogeſimo quinto deceſſit, filiumque annos nonaginta ſeptem natum poſt ſe reliquit.

§. LXVII.

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

## §. LXVIII.

## *Scriptorum Eccleſiaſticorum opera ac deceſſus.*

Luxerat hoc anno literaria Reſpublica jacturam plurimorum Scriptorum, qui eruditiſſimis ſuis lucubrationibus æternam nominis gloriam ſibi comparabant. Hos inter celeberrimus eſt Natalis Alexandre, ingens Dominicanæ Familiæ decus atque ornamentum, Sorbonæ Doctor, atque eruditorum delitiæ: Solidæ pietatis, humilitatis, morum comitatis, ac vaſtiſſimæ eruditionis commendatione cum ubique floreret, nullo labore conſecutus eſt, ut ab ejus amicis expeteretur ipſius inſtitutio, ac converſatio & a cunctis ejus merita ingenti honorum ſignificatione condecorarentur. Celeberrimi Franciæ Epiſcopi ab ejus ore pendebant, & Sorbona in graviſſimis conſultationibus Natalis ſententiam pro oraculo habebat, illum Romæ non modo Cardinales doctiſſimi Noriſius & Aguirre ſummo honore proſequebantur, ſed ipſe etiam Innocentius XI. Papa per Cardinalem Cibo ingens, quod ex ejusdem librorum lectione hauriret, gaudium ampliſſimis verbis teſtabatur: Exſtant adhucdum quatuordecim epi-

*Calmet Hiſt. Univ. p 549. Niceron. t. 4. pag. 135. Holb. Hiſt. Eccl. t. 4. pag. 313. Nov. Liter. ad An 1723. pag. 722. Le Cerf. Bibl. des Auth. p. 393.*

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

ſtolæ, quas Benedictus XIII. adhuc Cardinalis Urſinus ad eundem perſcripſit, teſtes ſummæ venerationis, quam erga eundem ejusque lucubrationes ſemper foverat. Idem quoque Pontifex die prima Septembris datis ad Patrem Magiſtrum Joinvilleum Pariſini Conventus Priorem literis Natalem vocabat, *ſingulare hujus Conventus ornamentum, veterem amicum ſuum, & non modo de ſuo Ordine, ſed de tota Republica literaria ob vaſtam eruditionem & ſcientiam optime meritum.* Non deerant tamen, quos laudis meritique alieni invidia ad mordaces Janſenismi calumnias pro illius ævi more impulerat: tantumque effecerat, ut Venerando huic Seni annuum octingentarum librarum congiarium a Clero Gallicano datum eriperetur (*) & Patri l'Allemant Jeſuitæ daretur: Deus quoque hunc Virum poſtremis vitæ ſuæ annis cæcitate afflixit, ſingulis tamen diebus incruentum Deo obtulit ſacrificium, ſique inſolitas Miſſæ preces e memoria recitare non poterat, pridie totam Miſſam memoriæ mandavit, id ſe ab ipſius & ſibi aſſidue aſſiſtentis Fratris ore percepiſſe

(*) Noaillius Cardinalis Archiepiſcopus Pariſienſis poſtea annue octingentas has libras ex ſuo marſupio Patri Natali ſolvit.

piſſe teſtatur celeberrimus P. Auguſtinus Calmet. Tandem vero inſignis hic Doctor omnibus omnino viribus exhauſtus die vigeſima prima Auguſti Pariſiis ſupremum obiit diem: Ejus exequiis maximo numero Viri ſumma dignitate conſpicui, omnesque Facultatis Theologicæ Doctores intererant.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Scripſit doctiſſimus hic Vir *ſummam D. Thomæ vindicatam contra Launoium*, necnon *animadverſionem contra Launoianas de ſimonia obſervationes, ſelecta Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* cum diſſertationibus Hiſtoricis, Chronologicis, & dogmaticis &c. usque ad Sæculum XVI. ſelecta Hiſtoriæ V. T. unacum Diſſertationibus, *Triadem Diſſertationum Eccleſiaſticarum* de eminentia Epiſcoporum ſupra Presbyteros contra Blondellum, de hiſtoria Paphnutii cum Nicæno Canone concilianda & de vulgata S. Scripturæ verſione. *Diſſertationem Polemicam de confeſſione Sacramentali* contra Dallæum, Diſſertationem Eccleſiaſticam contra Claudium Fraſſen de Vulgata verſione, Diſſertationes hiſtoricas & criticas circa officium Ven. Sacramenti S. Thomæ contra PP. Henſchenium & Papebrochium, Statuta Facultatis artium Thomiſticæ, Theologiam dogmaticam & moralem, Paralipomena Theologiæ moralis, Inſtitutionem Concionatorum

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

tripartitam, Expoſitionem literalem & moralem S. Evangelii. Commentarium Literalem & moralem in omnes Epiſtolas D Pauli, Synopſin fidei, & moralis doctrinæ. Elucidationem difficultatum Archiepiſcopo Rotomagenſi propoſitarum, epiſtolam Theologi ad P. Danielem Jeſuitam, qui inter Thomiſtarum & Jeſuitarum doctrinam de gratia Parallelum fecit. Epiſtolas duas cujusdam Sorbonæ Doctoris contra probabiliſmum & errores a Lugdunenſibus Jeſuitis An 1697. defenſos. Apologiam PP. Dominicanorum Miſſionariorum Sinenſium contra P. Tellieri & P. Le Gobien Jeſuitarum libros, quibus Sinicos ritus propugnant. Conformitatem rituum Sinenſium cum Idololatria Græcorum & Romanorum, Epiſtolam Doctoris Dominicani de his ritibus contra P. Le Comte Jeſuitam, aliam Epiſtolam ad P. Dez Jeſuitarum Provincialem & tertiam contra P. Le Comte de ejus ſyſtemate antiquæ Religionis Sinenſium præter alias quatuor ejusdem epiſtolas, quæ unaomnes in uno volumine Anno 1700. Coloniæ typis prodierunt ſub titulo: *Epiſtolæ circa Idololatriam & Superſtitionem Sinenſium.* Ea tamen opera, quæ minuſculis literis hic ſunt impreſſa, ab Innocentio XI. ad libros prohibitos fuere rejecta, permittun-

tuntur tamen, omniumque eruditorum manibus teruntur juxta editionem Lucenſem cum notis, & animadverſionibus Roncagliæ & Manſii, ſublata etiam excommunicatione olim lata pro quacunque editione, uti Benedict. XIV. Anno 1752. die octava Julii declaravit. II. Nicolaus Le Nourry Oratorii Presbyter, qui novam operum Caſſiodori & S. Ambroſii editionem adornavit, & celeberrimum ſuum *Apparatum ad Bibliothecam maximam Patrum veterum & Scriptorum Eccleſiaſticorum Lugduni editam* typis vulgavit; inſuper prælo ſubjecit Lucii Cæcilii librum ad Donatum Confeſſorem unacum diſſertatione de hujus libri Auctore & dubiis. Obiit die vigeſima quarta Martii ad S. Germanum de Pratis anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſeptimo. III. Jacobus Marſollierus ex Congregatione Genoveſana Canonicorum Regularium, qui elucubravit Hiſtoriam Miniſterii Cardinalis Ximenii Toletani Archiepiſcopi. Pariſina hujus Hiſtoriæ editio ceteris & auctior, atque emendatior eſt: ſcripſit quoque Hiſtoriam Henrici VII. Angliæ Regis, Hiſtoriam Inquiſitionis, ſuæque originis, vitam S. Franciſci Saleſii, vitam Armandi Joannis Le Bouthilier Rancei Abbatis Trappenſis, tractatum de contemptu mundi & de puritate Eccleſiæ

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

cleſiæ Chriſtianæ unacum ſermone de puero Jeſu &c. Apologiam Eraſmi Rotherod. Colloquia circa obligationes vitæ civilis & de pluribus Chriſtianæ morum doctrinæ capitibus, vitam V. Matris de Chantal, Hiſtoriam Henrici de la Tour Bouillionii Ducis. Deceſſit hic Author Ucetiæ die trigeſima Auguſti anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo octavo. IV. Simon Mopinot Benedictinus Congregationis S. Mauri, compoſuit præfationes ad primum tomum monumentorum Hiſtoricorum Patris Marthene, & epiſtolam nuncupatoriam ad Cardinalem Rohanium: eliminavit quoque Patris Couſtant *Proſpectum* ad Decretales Pontificum: Mortuus eſt in Abbatia S. Germani de Pratis die undecima Octobris. V. Joſephus Angelus a Nativitate B. V. Carmelita excalceatus edidit duos tomos, ſub titulo, *Lector Biblicus* ſeu Bibliæ Sacræ Antilogias ad concordiam redactas, & ſermones ſacros.

## §. LXIX.

### *Scriptores Acatholici hoc anno defuncti, eorumque lucubrationes.*

*Niceron. tom. 1. pag. 367.*

Ex Scriptoribus Acatholicis hoc anno denatis celebriores ſunt. I. Benedictu

dictus Pictetus, qui publicam in lucem dedit Colloquium circa Paſtorale monitum ad Eccleſias Franciæ, quatuor diſſertationes de magno pietatis myſterio, Theologiam Chriſtianam, tractatum de conſenſu & diſſenſu inter Reformatos & Lutheranos, ejusque vindicias, ſuccinctum reſponſum ad librum, cui titulus, *conſiderationes ad neo-converſos*, amicam reſponſionem ad diſceptationem Sculteti de rebus inter Proteſtantes controverſis, Lutheri & Calvini conſenſum circa Prædeſtinationem, artem bene vivendi & moriendi, veritates Religionis Chriſtianæ, Epiſtolam ad Catholicum ſeu ad librum Papici, Proteſtantium religionem ab hæreſi vindicatam, Diſſertationes Theologicas de præſtantia Religionis Chriſtianæ, & quamplurima alia. II. Cornelius Koch ſcripſit tractatum de furto per lancem, liciumve concepto, confutationem argumentorum Plinii contra immortalitatem animæ, ſtricturas Theologicas in Harduini opera, de re numaria V. & N. T. annotationes Evangelicas in Conſtitutionem *Unigenitus*, annotationes in Petri de Marca diſſertationes de Principatu Petri, de eo, quod Deus ſolus ſit ſapiens, de chronologia Henſcheniana circa profectionem Romanam Petri. De Anno natali Jeſu

Sæc.XVIII. A.C. 1724.

Sæc. XVIII. A. C. 1724.

Jeſu Chriſti, de Regia Chriſti dignitate, de religione emendata præter alia nonnulla. III. Joannes Hanneman edidit tractatum de anima, de triumpho naturæ & artis, de analogo Urim & Thumim in mente humana, de myſterio coronæ Papali inſcripto, ſcrutinium nigredinis poſterorum Cham, & alia nonnulla. IV. Michael Foertſch elucubravit commentarium ad D. Ambroſii libros de officiis, Decadem diſſertationum Theologicarum, ſelecta Theologica, de notitia rerum Divinarum in irregenito, manuductionem ad Theologiam comparativam, de interna vocatione ad Sacrum Miniſterium, & conſiderationes in Tubingana conſilia circa Proteſtantium concordiam.

INDEX

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN